

356

COMPENDIUM

IN

D I V I

JUSTINIANI

INSTITUTIONUM JURIS
QUATUOR LIBROS.

COMPOSITUM

Ex libris Cartusia s: & viti or: in S. Tril. .

IN

UNIVERSITATIS CAROLO-
FERDINANDEÆ PRAGENSIS
MAGNÆ AULÆ CAROLINÆ
AUDITORIO JURIDICO
DICTATUM

à

JOANNE CHRISTOPHORO SCHAMBOGEN
J. U. Doctore, in præfata Cæsarea Regiâque Carolo-Ferdi-
nanda Universitate Pragensi SS. Canonum qvondam Professore Re-
gio publico & ordinario, Sacrae Cæsareæ Regiâque Majestatis
Consiliario, Facultatis Juridicæ Seniore, nec non Vene-
rabilis Archi-Episcopalnis Consistorij Pragensis
Assessore.

Cum Gratia & Privilegio Sac: Cæs: Majestatis ad decennium.
Sumptibus Rosina de Liebenfels Nata Schambogen heredis Authoris

V E T E R O - P R A G A E

In Magno Collegio Carolino Typis Georgij Labaun A, 1701.

(*) (‡) (*)



LEOPOLDUS Divinâ favente clementiâ Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germanie, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, Sclavonia, &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundie, Styria, Carinthia, Carniola, & Wirtemberge, Comes Tyrolis. Agnoscimus & notum facimus tenore presentium Universis; quod cùm devota Nobis grata Rosina de Liebenfels, Joannis Christophori Schambogen J. II. Doctoris, in Universitate Nostra Carolo-Ferdinandeâ Pragensi Institutionum quondam Professoris publici & Ordinarij Soror, bumillimè Nobis exposuerit, statuisse se relictum à Fratre suo superioribus hisce Annis defuncto compendium Institutionum Justiniani in quarto typis excudendum curare: demissè supplicando, quatenus Privilégio Nostro Cesareo ipsam adversus quorūcunque fraudem, qui lucri causā, quod fieri solet, illud in lucem edere, aut typis imitari forte velint, clementer munire dignaremur; Nos agis ipsius precibus benignè annuentes auctoritate Nostrâ Cesareâ decreverimus, statuerimus, vetuerimusque prout hisce decernimus, statuimus, & veramus, nè quis Typographorum, Bibliopolarum, Bibliopegarum aut aliorum, qui rem negotiationēque librariam exercent, modo dictum Compendium Institutionum Justiniani quoquaque modo, charactere, aut formâ typis imitari, edere, recudere, aut alibi etiam recusum apportare, aut venundare intrâ Sacri Romani Imperij, Regnorūmque ac Dominiorum Nostrorum hereditariorum fines, decem Annis proximis à primo editionis die computandis absque dictâ supplicantis ejusve heredum consensu, ac voluntate audeat, hâc verò lege additâ, ut quatuor ad minimum practici operis Exemplaria ad Imperiale Nostram Cancellariam mittantur, dictumque opus Privilégium hoc nostrum vel ejus extractum (nè quis ignorantie praetextu se excusare posse) in fronte impressum exhibeat. Si quis verò Edictum hoc nostrum transgredi, ac violare, aut contempnere deprehensa fuerit, eum non solum ejusmodi libris supradictâ Rosina de Liebenfels velejusdem heredibus auxilio Magistratus, ubique reperti fuerint, vendicandi, privari, sed sex etiam marcarum auri puri multâ, cuius semissis Fisco Nostro Cesareo fraudu Vindici, alter verò semissis antenominatae supplicanti, ejusve heredibui pendatur, puniri volumus. Mandamus pro de Universis ac singulis nostris & Sacri Romani Imperij, Regnorūmque ac Dominiorum Nostrorum hereditariorum subditis & fidelibus dilectis, tam Ecclesiasticis, quam secularibus, cujuscunque statu, gradu, dignitatâ aut ordinis extiterint, præsertim verò ijs, qui in Magistratu constituti, vel suo, vel superiorum suo-



(*) (X) (*)

suorum nomine aut loco Jus dicunt, Jusitiamve administrant, nè quenquam hoc
Privilegium nostrum Cesareum impunè violare, spernere aut transgredi patian-
tur, sed si quos contumaces compererint, constitutā à Nobis multā eos puniri, &
quibuscunque modis coerceri current, quatenus ē ipsi eandem multam pendere
noluerint. Harum testimonio Literarum manu nostrā subscriptarum, & sigil-
li Nostrī Cesarei appressione munitarum, que dabantur in Civitate Nostra Vienna
die sextā Martij Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo nono, Regnorum Nostrorum
Romani quadragesimo primo, Hungarici quadragesimo quarto, Bohemici ve-
rò quadragesimo tertio.

LEOPOLDUS.

L.S.

Vt
D.A.C. à Kaunitz.

Ad Mandatum Sacre Cesareae
Majestatis proprium.

Lutzo Dolberg.



APPROBATIO.

Ompendium q. Librorum Institutionum juris, à Prenobi-
li ac Clarissimo Viro Domino Joanne Christophoro
Schambogen Jurium Doctore, in hac Alma Cesarea Re-
giāque Universitate Carolo-Ferdinandeae Pragensi quon-
dam SS. Canonum Professore, Facult: Jur: Seniore, Sac:
Ces: Regiaeque Majestatis Consiliario, Venerabilis Archi-
Episcopalis Consistorij Pragensis Assessore, Decano, & Rectore emerito pie
memor: sub Annum 1676 in Auditorio juridico prefatae Universitatis pu-
blicè dictatum, ex mandato Magnifici Domini Domini Rectoris (titul.)
diligenter perlustravi, & ob miram brevitatis artem, Iliadem in nuce
reperi: quapropter jurium Seclatoribus quibuscunque pro recollectione,
& conservatione specierum illud summe proficuum, ac proinde luce publi-
cā dignissimum censeo.

Dabam in Museo, Die 5. Junij. 1700.

Joannes Henricus Turba Doctor & Senior
Facult: jurid: p. t. Decanus.



Ucleum, vel potius Medullam, quam Prenobilis ac Cla-
rissimus Vir Dominus Joannes Christophorus Schambo-
gen f. U. Doctor, in hac Alma Cesarea Regiaeque Uni-
versitate Carolo-Ferdinandeae Pragensi quondam SS. Ca-
nonum Professor, &c. felicis memoria, ex primo Insti-
tutionum Juris partu in Magna Aula Carolina Studiose
egum Juventutis publicè exposito arte praelatā extraxis. juxta Manda-
tum.

(✿)(†)(✿)

tum Admodum Reverendi, ac Eximij Patris Caspari Knittel è Soc. JESU
SS. Theologia Doctoris, Micro-Prage ad S. Nicolaum Domus Professa Pr.
positi, Universitatis pranominata p. t. Rectoris Magnifici diligenter exa-
minavi, mihique summooperè sapuit: & quia gustum memoriāmque eo-
rum, quibus ipsum prototypum emolumento fuit, & oblectamento, brevi-
nec non facilē labore refricabit: ideo illam per publicum Typum (quem
prosecdō meretur) omnibus ſuriū avidis favendam & concedendam
judico. Pragueo. Julij A. 1700.

Joannes Wolvert. J. U. Doctor, in præfata
Universitate Carolo-Ferdinande Codicis Pro-
fessor Regius, Publicus, ac Ordinarius Facul-
tatis Clarissimæ p. t. Decanus,

Imprimatur


Casparus Knittel Soc: Jesu, Univer-
sitatis p. t. Rector.

Errata Typographica benevoli Lectoris judicium corrigere velit.

Præf.

A

&



PRAEFATIO AD AUDITORES JURIS.



um Lectiones meæ à tempore eo, quo
Sua Sacra Cæsarea Regiāque Maje-
stas LEOPOLDUS Dominus No-
ster Clementissimus mihi professu-
ram in hac Alma Carolo-Ferdinan-
dea Pragensi Universitate conferre
Clementissimè dignatus est, hoc in loco & Auditorio
in Divi Justiniani Institutiones habitæ brevi typis im-
pressæ, lucem visuræ sint publicam, & facile in manus
DD. Auditorum pervenire possint, à lectionibus illis
secundâ vice cum augmento traditis desistere cogor.
Quia tamen officio & muneri incumbit meo, Instituti-
ones profiteri, è re cupidæ legum juventutis fore exi-
stimavi, si lectiones illas constringerem, & earum suc-
cum & substantiam in compendio traderem, fecerunt
hoc plures DD. alij. Exinde idcirco commodi; quia
renovabuntur species ex lectione compendij. In no-
mine igitur Domini Nostri JESU Christi incipite, sum-
mâ ope, atque alacri studio compendium hoc accipite,

& spes vos pulcherrima fovear; quod compendium hoc non tantum memoriam adjuvabit; sed etiam electiones & scripta priora sapientius illuminabit. Quod, ut eò fiat facilius, ordinem ibi traditum, & hic observare conabor, & quidem ad inscriptionē tituli & Proœmij.

Imperator
qui?

Observa 1. Quod Imperator hodie describatur: esse Persona habilis, ad capessenda Imperij regimenta, ex Illustri Germanorum Familia orta, ab Electoribus secundum fundamentales leges electa; ut Reipublica Romano-Germanica tanquam caput & administrator legitimè præsit, ita Lymnaeus lib. 2. cap. 2. jur. publ. Electus Imperator olim triplici, hodie unà eaque clausa corona natura coronâ. Reinkingk *De regim. facul. lib. 1. class. 3. cap. 8. n. 7.* Electores autem sunt septem declarati his versibus:

*Magna Meguntia, crassa Colonia, Treviris Alma,
Atque Palatinus Dapifer, Sax Portitor ensis,
Marchio Praepositus Camera, Pincerna Boëmus,*

Romanum Regem statuendi dant sibi legem.

Quibus Octavus additus, de quo instrumentum pacis Cæsaréo-Svecicum Osnabrugis Westphalorum *de Dato 24. Octobris. Anni 1648.*

Cæsares
unde dicti?

Observa 2. Cæsares dici Imperatores à Julio, qui Cæsar à cæso matris utero dicitur, &c.

Reliqua nomina Justinianus vel à devictis gentibus, vel à prospero rerum successu sibi attribuit.

Hic itaque Imperator cupidam legum juventutem salutat, & in proœmio hoc §. penult. Institutiones, eis robur constitutionum attribuendo, confirmat. Ex ipso proœmio autem

Observa 3. Quod Imperatoria Majestas, seu quælibet Respublica debeat esse legibus armata & armis decorata.

Respublica
quid?

Respublica autem sit Civium multitudo, rerumque inter eos

eos communium, summâ potestate, rectâ queratione gubernata. vel monar-
Eaque: vel Monarchica, dum penes unum caput: vel Aristocratica. vel
eratica, dum penes plures Optimates: vel Democratica, dum
penes totum populum supraea potestas est, utilitatem com-
munem & parentium utilitatem respiciens; alias prima, in
Tyrannidem. Secunda, in Oligarchiam. Tertia, in Ochlocra-
tiam deflectit. ita Vernulæus. *Inst. polit. lib. 1. tit. 2. cap. 3.* gacia.

Observa 4. Jurisprudentiam olim in 2000. librorum, item in tribus Codicibus. Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano constitisse. *L. 2. §. i. Cod. De vet. jur. enucleand. Ex 2000. libro-*
quibus Codicibus primò compositus Codex dictus Justinianus. *L. un. §. i. De Justin. Cod. confirm. & ex illis libris Digesta seu Pandectæ. §. 2. hic.* His peractis mandavit Justinianus Triboniano, Dorotheo, & Theophilo, ut Institutiones compонerent. §. 3. hic. & his compositis, ut ederetur insertis novis decisionibus Codex alias, qui adhuc extat, & repetitæ prælationis dicitur. Unde constitut. *De emendat. Cod. Justin.* & gesta com-
secunda ejus edit. Quæ vero deinceps novæ ederentur consti-
tutiones, eas in singulare Novellarum volumen redigi consti-
tuit. *L. un. §. 4. De emend. Cod. D. Justin.* quæ etiam collatio-
nes authenticarum inscribuntur. Unde principales Juris' Corporis
partes, Institutiones, Digesta, Codex & Novella. *juris partes*
principales

Observa 5. *Institutiones* esse prima totius legitimæ scientiæ elementa, ut habet §. 4. hic. in quatuor libros divisa d. §. 4. in quibus & vetus & novum jus continetur. §. 5. hic ex antiquorum institutionibus composita, ab Imperatore recognita & confirmata. §. 6. hic unde & Justiniani Institutiones dicuntur, omnia enim nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impertimus. ait ipse. *L. un. §. 6. De concept. Digest. adhortatürque alacri studio eas esse per volvendas, ut Reipublicæ gubernatio aliquando concredi possit. §. fin. b. & hæc ad proœmium.*

*an licet
uri titulis?
an invoca-
tio nominis
Divini de
substantia
instrumeti?*

Ex cuius tituli inscriptione licet verè inferre possis, licet cum esse uti titulis sibi competentibus; nolim tamen inferas invocationem Divini Nominis esse de substantia alicujus instrumenti, cùm eam nec textus requirat, nec quidquam ad veritatem faciat.

*Digesta
Digesta
quidz
Codex quid
Qualiter
unum jus
altri de-
rogaret?*

Observa 6. Digesta dici 50. libros in quibus omne ius antiquum, seu Responsa Juris Consultorum: Codicem vero libros 12, in quibus Constitutiones Imperatorum principali- ter continentur.

*Observa 7. Cùm posterior voluntas deroget priori. L.
Digestis & Institutionibus, has derogare Digestis plures vo-
lunt, quibus obstat videtur L. 2, §. pen. L. 3, §. pen. Cod. De ve-
ter. jur. encl. ubi utrumque simul ex fine tertij Consulatus An-
nivis robor obtinere sancitur.*

*Quomodo
ist libri ci-
sentur*

Observa 8. Citari Institutiones per Inst. vel. I. nominato titulo, qui est index rei subjectæ, & paragrapho; qui est signum §. seu nota margini adscripta. Sicut & adjecto titulo cum legis initio vel numero. Digesta per D. nunc ordinariè per ff. Codicem per C. vel Cod. Novellas vero per N. vel No- well. Quod si nullum addatur signum, intellige Digesta.

Authenticas vero in Codice sub citatis titulis, quod eas Irnerius inscrivit, quare, quamvis ea, in quantum originali non respondent, authenticæ non sint.

*Quandiu
studendum
juri?*

*Quomodo
juri Stu-
diosi posen-
sur?*

Observa denique, Studio juris quinquennium præfixum. L. un. §. Nos vero. & seqq. De rat. & method. jur. doc. & primi anni Juristas olim Dupondios, hodie Justinianos nō vos dici: Secundi, Edictales; tertii, Papinianistas; quarti, Lytas, quinti, Prolytas. Nunc sequitur

INSTI-

(4) 5 (5)

INSTITUTIONUM

S E U

ELEMENTORUM


D. JUSTINIANI

SACRATISSIMI PRINCIPIS

LIBER. I.

TITULUS I.

DE JUSTITIA ET JURE.



Observa 1. Titulos Rubricas, seu rubrum, contenta sub titulo, nigrum dici. Rubricas inter prout res patitur, dari connexionem. L. 2. De stat. hom. &c. si completum sensum habeant; per modum legis allegari posse: per nigrum generalius extendi & è contra.

Observa 2. Quod Justitia, qva- *Justitia*
si juris status, vel vim sistens dicta, alia *divina* sit; alia *humana*, *etymologia*
quæ est finis (ad eoque intentione prior) intrinsecus juris- *definitio.*
prudentiæ in utroque fote, licet quoad extrinsecum finem sit *divisio, &*
differentia. Estque alia *universalis*, seu omnium virtutum *finis.*
complexio, vel ad DEUM, vel ad se, vel ad Rempublicam.

Alia

Injuria
quid?

Jurispru-
dentia
quid?

Præcepta
juris?

Jus est vel
publicum
vel priva-
tum.

hee jura
unde de-
scendant?

Jus idem
quod lex,
est natura-
le, & positi-
vum.

Alia particularis, quæ est *constans & perpetua voluntas* (respe-
ctu objecti, non actus) *jus suum cuique, seu alteri à se tribuen-*
di, vel distributivè proportionem geometricam in publicis:
vel commutativè proportionem arithmeticam in rebus priva-
tis respiciens ob conservationem salutis publicæ. *Vindicati-*
va rigorosæ injuriæ ad commutativam spectat; est autem
Injuria laesio alicujus vel in bonis, vel in corpore, vel in animo,
formaliter vel materialiter contingens, quam injuriam justi-
tia in medio quidem consistens, non tamen in repassione, seu
taliōne refarciri vult.

Observe 3. Quod Jurisprudentia seu jus sit *notitia re-*
rum divinarum & humanarum, sub formalitate justi vel injusti.
Unde additur, justi atque injusti scientia in §. 1. h. & L. 10. ff. b. i.
vel ut Celsus L. 1. ff. b. t. ars æqui & boni. quæ ars primò sim-
plici viā tradenda est. §. 2. b. t.

Observe 4. Præcepta juris esse *honestè vivere, alterum*
non ledere, suum cuique tribuere. §. 3. b. tertium res, secundum,
personam alterius respicit, de primo agitur secundariò, vel id
per posteriora explicatur.

Observe 5. Jus aliud esse *publicum*, quod ad statum rei
Romanæ principaliter spectat; consistitque in Sacris, Sacer-
dotibus & Magistratibus. Aliud *privatum*, quod ad singu-
lorum utilitatem pertinet principaliter & generaliter qvoad
utilitatem. §. 4. b. t. descendit ex præceptis naturalis, genti-
um, & civilis juris; publicum autem ex solis institutis & op-
portunitatibus civilibus primariò.

TITULUS II.

De Jure naturali, gentium & civili.

Jus pro lege sumptum. Aliud est *naturale*; aliud *positi-*
vum; naturale describitur hic & L. 1. §. 3. De just. & jur.
quod

quod *Natura omnia animalia docuit, scilicet ratiōalia per ra-*
tionem, bruta per sensationem. Ut actus naturalis juris sit *scriptio-*
is, quem homines originaliter ex instinctu sensitivo accedeant
tamen ratione, bruta ex instinctu sensitivo faciunt: hinc
edere, bibere, &c. actus naturales quidem sunt, non tamen
juris, & fornicatio contra jus naturale est. Definitur enim,
justus naturæ instinctus, ab hominibus jure constituto rece-
ptus, formaliter in ratione juris solis hominibus conveniens,
licet materialiter quoad actus externos etiam brutis sit com-
muniis, ita Covarr. in Cap. Peccatum. p. 2. relect. §. n. n. 4. Ex qui-
bus patet, hoc jus materialiter convenire brutis; solis autem
veniat bruta hominibus commune est jus gentium. L. 1. §. fin. ff. De just. & ius:
jur. quale est id, quod ratio naturalis inter omnes homines' jus genti-
constituit. §. 1. b. t. ubi Quomodo illud con-
um quid?

Observe 1. Quod passim vocetur definitum jus natu- *jus natura-*
rale, primevum, jus autem gentium definitum naturale, secun-
de primevum, vel gentium primevum. Jus enim gentium secundæ- *de primevum quod.*
rum dicitur id, quod usu exigente & humanis necessitatibus secunde- *vum quod.*
sibi gentes constituerunt. §. 2. b. t. Verum hæc divisio neces- *divisio di-*
faria non est, cum nec in textu fundata, nec facilitioris doctri- *ta rei ci-*
na easam sit inventa. & videatur admittere, quod ratio natu- *tur.*
ralis tempore varietur, quæ tamen immutabilis est, omnia- *enim à principio recta dictabat ratio, licet ex defectu circum-*
stantiarum ea postea primùm in praxin redegerit.

Observe 2. Jus naturale ut *jus sumptum*, non distin- *jus natu-*
gvi à jure gentium, tum; qvia hæc jura in textibus passim, rule ut *jus*
confunduntur, tum; quod eadem sit ratio, à qua utrumque non differe- *ajure gen-*
tium. *Definitur.*
jus appellatur, & definitur lumen rectæ rationis, à DEO ho-
minibus inditum, indicans, quæ ut bona amplectenda, quæ
ut mala fugienda sint. Quale jus dari non tantum auctoritate;
sed etiam ab innato omnibus bene educatis hominibus hor-
rere à quibusdam actibus, & in dito sceleratissimis etiam re-
morsu conscientia probatur. Huic

Jus positi. Huic juri opponitur *positivum*, quod ex libera DEI, vel
vum quid? hominis voluntate dependet. prius divinum dicitur, estque
aliud divi- vel *vetus* (quod in antiquo testamento DEUS condidit ma-
num, quod
ximè Moysis ministerio. *Can. Moyses. 1. Disp. 7.* habens præ-
vel *vetus*
vel *novum* pta, vel *moralia*, ad morum honestatem; vel *ceremonialia*, ad
aliud bu- cultum DEI; vel *judicialia*, ad justitiam pertinentia, quæ ut
manum,
gnod vel ci talia Christianos non ligant, præcipi tamen possunt, si mor-
tua tantum sint, non mortifera, seu venturi Messiae præfigu-
vile, vel ca- rativa) vel *novum*, quod Christus Homo, simûlque DEUS in
nonicum. novo testamento condidit. Alterum positivum dicitur *hu-*
manum, quod, vel *civile*, vel *canonicum* est, hic de *civili*.

Civile est *Civile* dicitur, quod quælibet civitas sibi constituit. §. 1.
scriptum & b.t. estque aliud *scriptum* seu *præscriptum*, quod expresso su-
nō scriptū. perioris consensu nititur; aliud *nō scriptum*. §. 3. b.t. & L. 6. §.
scripti sex ff. *De just.* & *jur. scripti juris species* sunt sex.

Prima est Lex, à legendo, vel eligendo, vel ligando dicta,
quæ in genere est commune præceptum ab habeante potesta-
tem in bonum publicum ordinatum. in specie vero, quod
Populus Romanus Senatorio Magistratu interrogante, veluti
consule aut dictatore, constituit. §. 4. b.t.

Secunda. Plebiscitum, quod plebs plebejo Magistratu
interrogante, scilicet Tribunoplebis, statuit. vim legis non
habens, nisi post latam legem Hortensiam. *Gell. lib. 15. cap. 26.*
Secessione tertia in montem Janiculum. *Florus lib. 1. cap. 25.*

Tertia. Senatusconsultum, seu quod Senatus Roma-
nus constituit, ex necessitate aucti populi introducta. §. 5. b.
t. *L. pen. De LL.*

Quarta. Constitutio Principis superiorem respectu sub-
constitutio. ditorum suorum non recognoscens, quid qvid enim huic
Principis. rationabiliter placet, legis habet vigorem. §. 6. b.t. quæ consti-
tutio vel generalis est, & per rescriptum seu *epistolam*, vel per
decreta, seu *sententiam*, vel per *edictum*, seu motu proprio
Prin-

Principis emittitur. d. §. 6. b. & L. 1. ff. *De constit. princ. vel per-*
sonalis, privilegium dicta, quod est jus quoddam singulare in. *Privilegi-*
um quid? certæ personæ, aut causæ favorem a superiori concessum, un-
de prius personale, posterius reale dicitur. L. *Privilegia. 196. ff.*
De reg. jur. & prius quidem, vel propriæ, vel communiter, vel
corporaliter personale est, juxta *Laym. lib. 1. tract. 4. cap. 23. li-*
cet posteriora duo multum à realibus participeat.

Est & *privilegium aliud perpetuum*, quod rei de se perpe-
tua sine: vel *temporale*, quod, vel soli personæ, vel soli rei, cum limitatione temporis concedit, ubi rursus incidenter
aliud per-
petuum aliud
temporale.

Hec quo-
modo ac-
quirantur. Observa 1. *Privilegia acqvisiri per Principem*, per con-
suetudinem, vel *præscriptionem*, secundum quæ strictè qui-
dem procedendum, ita tamen, ut aliquid operentur. L. 1. in-
fin. ff. *Ad municip.*

Observa 2. *Amittre*, 1. interitu personæ, vel rei, 2-
tempore, 3. renunciatione expressa, vel tacita, id est, abuso, vel non usi per decennium, nisi absolutæ sint gratia. 4. re-
vocatione concedentis, si parum sit *privilegium*.

Observa 3. *Privilegium contra jus utpote durabilius*
differet à dispensatione in jure.

Observa 4. *Privilegia confirmari* vel in forma com-
muni, vel in speciali. denique

& confir-
mentur. Observa: Quod Princeps Romanus hanc potestatem,
latâ lege Regiâ acceperit, quæ si lata fuit, Divi Augusti tem-
pore lata esse videtur, nam & Augusti lex dicitur. E. *Apud eum.*
14. ff. *De manumission.* & eâ contentum, ut unus Rempubli-
cam regat.

Quinta scripti juris species, *Pratorum*, à præundo, *Quinta*
vel præessendo dictorum, sive urbanorum, sive peregrino-
Pratorum
rum, *edita*, tam *perpetua*, id est annua, quam *temporalia*, pro
re nata protulita, ad quam speciem spectant & *Edilium cur-*
rulum *edita*. §. 7. b. t.

*Sexta Re-
sponsa pru-
nus, seu sententiae eorum, quibus permisum erat de jure re-
spondere. §. 8. b. t. quorum auctoritas ab Augusto usque post
tempora Gordiani tanta fuit, ut judicii recedere non licet.*

At nunc non queritur quis; sed quid, & quā ratione dicat,
Legibus enim judicandum est. L. 13. Cod. De sent. & interlocut.
omn. judic. ut nec interpretatio per modum legis valeat. ubi

*Interpreta-
tio quid, &
dubij per aliud declaratio, quae vel necessaria & generalis, per
quotuplex? Principem, vel necessaria & particularis, per judicem. vel scho-
lastica seu doctrinalis per DD. facta. hæc de jure scripto.*

*Jus non
scriptum, seu consuetudo juris, est justitias
tentium moribus introductum. §. 9. b. t. vel universalis, vel
seu consue-
particularis, vel contra, vel præter, vel secundum legem. requirit,
tudo quid, ut inducatur à communitate per actus plures, sive judiciales,
& quo-
plex?
sive extrajudiciales, durantes tanto tempore, ut de intentio-
ne juris, inducendi constare possit, sit rationabilis & Reipubli-
cæ utilis, & adstitutus consensus Principis, ex quo effe-
ctum habet, ut obliget, sicut lex in territorio, valet etiam con-
tra legem. Cap. fin. 2. De consuetud. quamvis secus se habeat
in statutis. Can. Institutionis 7. XXV. q. 2. quia hæc expressè
derogarent.*

*Ad consuetudinem refer 1. stylum, qui modum proce-
dendi in iudicijs. 2. ritum, qui observationem circa solenni-
tatem actus significat, uterque & facti, & juris est, & si jaris
& quo-
plex?*

*Congruen-
tia divisi juris in scriptum & non scriptum à
Lacedæmonijs, qui iura memoriae mandabant, & ab Atheni-
ensibus, qui ea scribebant, desumitur. §. 10. b. t.*

*jus positivum
mutabile,
non natu-
rale.*

*Observa adhuc, quod jus positivum, iisdem etiam manentibus
circumstantijs, mutari possit; quia ex libera voluntate de-
pendet, jus naturale non; quia in recta fundatur ratione. §. 11.
b. t.*

*b. t. intellige, jus naturale præceptivum, quod aliquid prohibet, intellige,
vel præcipit dictante ratione per se spectata, tanquam neces- præceptivū
sarium ad morū honestatem, non permisivum, quod more seu non permis-
consuetudine omnium, vel pene omnium gentium permis-
sum esse solet, tanquam salutare hominibus, in communis
societate viventibus: Cessat tamen jus præceptivum quando-
que alijs circumstantijs advenientibus obligare; sic præce-
ptum matrimonij hodie singula generum non ligat; sed tan-
cum genera singulorum.*

*Observa denique, Objecta juris ponit: personas, qui-
bus, res, super quibus, actiones, per quas jus redditur. §.
fin. b. t. jam de personis.*

TITULUS III.

De jure personarum.

*Homo, licet à persona, qua tantum eum, qui habet ca- Homo quid
put civile, denotat, differat, hic tamen non diffe-
runt, estque animal politicum societatis communis
vitæ capax; alius mas, alius foemina, qualis & hermaphrodi-
tus pro excessu. L. 10. ff. De stat. hor. alius civis, seu liber ho- Civis quid.
mo sub imperij tutela constitutus. Alius peregrinus, qui con- Peregrinus quis.
stitutus non est. L. 6. §. solemus. ff. De heredib. instit. Hinc jus quid.
seu status personarum definitur; conditio seu qualitas, se- Status quid.
cundum quam quis in hac civili societate estimatur, isque vel
libertatis, quæ est naturalis facultas ejus, quod cui facere liber, libertas
nis vi, vel jure prohibetur. §. 1. b. t. vel servitutis, quæ est con- quid.
stitutio juris gentium; quâ quis dominio alieno contra natu- servitus quid.
ram subiicitur. §. 2. b. t. qui servus à servando, vel mancipium
à mancipiendo dicitur. §. 3. b. Quamvis etiam nascatur ex servus à
ancillis, fiebat tamen origine, captivitate in bello justo, saltēm servando.*

annis permiserit se venundari & participaverit de pretio. §. 4.
an quis se b. t. idque in odium degeneris animi. An qvis se ipsum ven-
dipsum ven- dere possit? Spectato jure gentium potest. L. 21. ff. De stat. hom.
dere possit? qvi tamen, si filius familias sit, patri non præjudicat. L. 1. §. 2.

Derei vindicat. L. 4.5. ff. De liberal. causa. Inter servos qvoad
Liberi, vel statum non est differentia. Liberi autem, vel ingenui, vel
ingenui, vel libertini sunt. §. fin. h. t. hinc

TITULUS IV.

De Ingenuis.

Ingenui qui?

Natalibus restit. & do nati jure aur. annu- for. his com parantur.

Ingenui sunt, qui statim, ut nati, liberi sunt ratione ver-
tris, modò hic, vel conceptionis, vel nativitatis, vel me-
dio tempore liber fuerit, hic & L. 5. §. 2. De stat. hom. his
comparantur natalibus restituti, & donati jure auctorū
annulorum, quamvis in postremis jus patronatū salvum
maneat. Qvi in servitate tantum fuit, licet manumittatur,
manerit ingenuus. §. 1. h. t. quia; ut haber-

TITULUS V.

De Libertinī.

Libertini qui.

Manumis- sio quid. Modi ma- numittendi quo duplices.

Libertini olim quo- duplices.

Libertini sunt, qui ex vera servitute manumissi sunt, est
autem manumisso, id est, de potestate dominica libe-
ratio, juris gentium. hic & L. 4. ff. De just. & jur. ta-
met si modi manumittendi tam solennes, scilicet vindicta, sen-
su, testamento, in Sanctissimis Ecclesijs, quam minus solennes
per epistolam v. g. sint juris civilis. §. 1. h. t. &, si coram Magi-
stratu fiat, ubique & quandocumque fieri possit §. 2. h. quia est
actus jurisdictionis voluntaria. L. 2. ff. De offic. Proconsul. Fie-
bant autem olim libertini, alij cives Roman, si solenniter ma-
numis-

numissi, vel latini, si minus solenniter, vel dedititij, qui poenæ
causa vinclii. hodie omnes cives Romani. §. 3. b. t. Cod. De la-
tin. item De dedititia libert. toll. Libertinus hodie à liberto non
distinguitur, nisi qvòd libertus dicat relationem ad patronū.

TITULUS VI.

Qui, & quibus ex causis manumittere non possunt.

MAnumittere potest dominus habens liberam re-
rum suarum administrationem, modò non ma-
numittat in fraudem creditorum, hic in princ. in
fraudem autem manumittit, qui datis libertatibus futurus est
non solvendo. §. 3. b. t. quo casu Lex Aelia Sentia impedit liber-
tatem. b. in princ. modò fraus & consilij & eventus concurrat. d.
§. 3. nisi sic libertas per fideicommissum relicta, tunc enim, naturit.
fraus eventus sufficit. L. fin. Cod. h. t. Licet tamen in fraudem
creditorum manumittere servum unum in testamento, ut sit
necessarius hæres, sive qvis dicat: liber & hæres, sive simili-
citer: hæres esto, idque ex ratione, nē ignominia defunctus
afficiatur. §. 1. 2. h. t. & hoc de uno Legis Aelia Sentia capite.
Alterum est, ut manumittere volens, si minor 20 annis, id fa-
cere non possit, nisi per vindictam, approbatā prius apud
consilium justa causā. §. 4. h. t. quæ causæ recensentur. §. 5. in-
ter quas & hæc, si procuratoris habendi causā manumittere
velit. Est autem procuratoris, qui mandatu domini aliena
negotia administrat. L. 1. ff. De procurat. Alius in judicio, &
judicialis, vel extra judicium, & extra judicialis dicitur, hic,
cum servus esse possit, §. 5. de judiciali intelligi debet, licet
enim minor 25. annis per se in judicio stare non possit. L. 4.
Cod. Si aduers. rem judic. neque pro reo absente. L. 12. Cod. De
procurat, pro se tamen stare potest jure civili. d. §. 5. & §. 7. h. t.
secus iure canonico, Cap. 5. De procurat. in b. Causa

Causa semel approbata, in hoc casu non reprobatur §.
6. b. t. statuit tamen Justinianus, ut is, qui 17. annis major sit,
§. fin. b. t. & de jure novissimo juxta Novell. no. cap. 2. etiam is,
qui 14. annorum est, testamento manumittere possit.

TITULUS VII.

De Lege Fusia Caninia tollenda,

*Lex Fusia
unde dicta,
& quid sit
inserit?*

LEx hæc à Fusio, vel Furio Caninio Tribunoplebis dicta, certum præscripsit numerum in servis *testamento* manumittendis, qui extat in fragm. Ulpiani tit. 1. §. 19. quam legem Justinianus cum libertatis, tum ultimæ voluntatis favore abrogavit, cùm id, quod alicui conceditur inter vivos, multò magis in ultima voluntate regulariter concedendum sit.

TITULUS VIII.

De his, qui sibi, vel alieni juris sunt.

*Personæ
alieni juris
qua?*

Persona alieni juris, vel sub dominica, de quibus b. t. vel sub patria, de quibus seq. tit. potestate sunt. *in princ. b.* sub dominica sunt servi, qui omnia acquirunt dominis suis, & in quos dōminus jure gentium & vitæ & necis potestatem habuit, adeo, ut eos sine causa etiam occidere potuerit. §. 1. b. t. quæ potestas apud Romanos postea restricta, in tantum, ut nemo in servum suum sine causa legibus cognita ultra modum sçavire posset, & sçaviens post causæ cognitionem cogeretur eum bonis conditionibus vendere, cùm Reipublicæ intersit, nè resuā quis male utatur. §. 2. b. t. Et hoc de ijs, qui sub potestate sunt Dominica. Nunc

T.I.

TITULUS IX.

De patria potestate.

QUæ describitur, jus ex constitutione juris civilis (probatur ex §. 2. b. t.) descendens, quo liberi parentibus (intellige masculis, fœminæ enim in potestate hac non habent, §. 10. infr. De adopt.) ratione personæ & bonorum quoad certos effectus subjiciuntur. Sic natus ex me & uxore mea, in mea potestate est, sicut & natus ex filio meo nepos. §. 3. b. t. quia is, qui sub potestate est, alijum sub potestate habere non potest. L. 21. ff. Ad leg. jul. de adulter. ac qviritur autem per nuptias, adoptionem, & legitimationem. Nuptias præcedunt sponsalia, quæ sunt mentio & re promissio futurarum nuptiarum. L. 1. ff. De sponsalib. & hæc de futuro, alia enim de presenti, quæ à matrimonio rato non differunt, illorum *causa efficiens* est consensus contrahentium, modò scilicet annos habeant, & inter eos non sit ex causa perpetua prohibitum matrimonium de futuro, sive per se, sive per alios expressus. *Causa formalis*, ipsa expressio, *materialis* corpora tradenda, *finalis* matrimonium. *Effectus*, obligatio ad ea, qvam primū implenda, nisi dissolvantur, vel mytuo consensu, vel religiose vestis tantum assumptione, vel simplici etiam Religionis voto, vel matrimonio, vel affinitate, vel discessu, vel temporis extingvendæ obligationis causâ apositi lapsu, vel fornicatione, aut alio superveniente, quō præcognito alter non fuisset contracturus. Arrha, id est, id quod in pignus futuri matrimonij datum, si intervenerint, quid? ad dantem redeunt, & quidem duplicatae, si steterit per accipientem non sequi matrimonium, sive per dantem, lucratur eas accipiens. L. 5. Cod. De sponsalib. Quod si proxeneta, seu conciliator. L. 2. 3. ff. De proxenet. intervenerit, huic debebitur proxeneticum. L. fin. Cod. De sponsalib. hæc de sponsalibus.

Nuptiæ

*Potestas
patriæ
quid?*

*babet eam
Pater, non
Mater.
quomodo
acquintur
sponsalia,
quid? &
quotupli-
cia?
eorum cau-
sa efficiens,
formalis,
materialis,
finalis.
& quis
effectus?*

Arrha

quid?

sive

lucratur

eas

accipiens

Quod

si

proxeneta

conciiliator

L.

fin.

Cod.

De

sponsalib.

hæc

de

sponsalibus.

Nuptie
quid?

Nuptiæ definiuntur. §. i. b. t. quodd sint viri & mulieris conjunctio (intellige animorum per L. 30. De reg. jur.) individuam vitæ consuetudinem continens, per verba posteriora à concubinatu differunt. Nuptiæ aliter conjugium, vel matrimonium, vel legitimum, vel ratum, vel consummatum est. postremum ex institutione divina, tametsi adulterium interveniat. Trid. Sess. 24. Can. 7. indissoluble est; secundum, per conversionem conjugati, seu per ingressum, id est, Religionis approbatæ. Trid. Sess. 24. Can. 6. primum per conversionem infidelis, si absque periculo cohabitare nequeat. Cap. Gaudemus. ¶ De divorcio dissolvi potest. Dicta de dissolutione, seu divortio quo ad vinculum intellige, nam quoad thorum, si justa causa subsit, matrimonium etiam consummatum dissolvi potest. Hæc de definitione & divisione matrimonij, sequitur de requisitis. Hinc

TITULUS X. De Nuptijs.

requisita
ad nuptias.
2. consensus
contrahen-
tium.

2. Actas le-
gitima.

Quirequirit 1. consensum contrahentium, qui cives Romanisint, & secundum canones Christiani, id est, baptizati. Consensus vero debet esse mutuus, liber, de praesenti expressus debitè, id est, secundum Trident. Sess. 24. Cap. 1. De reform. matrim. coram parocho unus proprio, vel alio sacerdote de prævia expressa vel tacita parochi licentia, & coram duobus, vel tribus testibus, quo tamen casu parochus minister Sacramenti non est; sed contrahentes, & ipse tanquam qualificatus testis requiritur.

Secundò actatem legitimam, id est, mas sit pubes. 14. feminia viripotens, id est 12. annorum, quod si actatem suppleat malitia, id est, discretio ad consensum conjugalem, &

poten-

potentia ad actus conjugalis exercitium adsit, canones citius matrimonium permittunt. Cap. 9. ¶ De sponsat. impub.

Tertiò. Requiritur parentum eorum, quorum sub 3. consensu potestate sunt, consensus, vel expressus, vel tacitus, hic in præn. parentum. Et L. 7. § 1. ff. De sponsatis, qui tamen ad valorem matrimonij necessarius non est de jure naturali; quia alias indistinctè, & matris, & patris etiam post emancipationem requiri etatur: De jure civili diversæ sunt sententiae, probabile est, quod is requiratur hoc jure ad nuptias justas, non etiam ad nuptias simpliciter; de jure canonico dic enim requiri de honestate, non de necessitate; & sic textus combina. Hoc tamen non obstante statuta locorum, quæ ad exhortationem librorum sine consensu parentum nuptias ineuntium permitunt, adhuc justa sunt.

Quartum requisitum est, ut nullum sit contrahentes 4. nō ullum sit impedimentum, quod esse solet, vel impediens, quod impedit matrimonium inire, initum rametradhuc tenet. vel dirimens, quod etiam initium annulat, scilicet nulliter iniri facit. Impedientia, vel sine delicto, vel ex delicto nascuntur, expressa his versibus.

Ecclesia vetitum, nec non tempus feriatum;
Atque catechismus, sponsalia, jungito votum.
Incestus, raptus, sponsata mors mulieris;
Susceptus propriæ sobolis, mors presbyterialis.
Vel si paeniteat solenniter, aut monialem
Accipiat: prohibent hec conjugium sociandam.

Impedimenta dirimentia versibus istis:
Error, Condicio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus disparitas. Vis, Ordo, Ligamen, Honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequivis.

Et ex Tridentino:
Si Parochi Et duplicitis de sua presentia testis,

4. nō ullum sit impedimentum, quod vel impedientia, vel dirimens.

Impedientia sine delicto.

Ex delicto.

dirimentia

Ex Tridentino:
Raptus

*Raptaque sit mulier, nec parti reddita tute:
Hac socianda vetant, connubia facta retrahant.*

In hoc titulo agitur de impedimentis dirimentibus tribus, & quidem. §. 1. & seqq. de impedimento cognitionis. ubi

Cognatio quid? & quotuplex?
Observa, Quod cognatio sit cohærentia quædam personarum ex aliquo vinculo generationis resultans: vel per sangvinem, & carnalis: vel per legem, & legalis: vel per baptismum, item confirmationem, & spiritualis dicitur; quæ spiritualis olim impedimentum ponebat, tam ratione paternitatis, compateritatis, quam ratione fraternitatis. Hodie juxta Trid. Sess. 24. Cap. 2. De reform. matrim. tantum, si sint Baptizans, baptizatus, baptizatique parentes, Levans, levatus, levatique parentes.

Inter ascen: & descen: nuptia in infinitu prohibite.
In cognitione carnali, alij ascendentes, alij descendentes, alij collaterales sunt. inter ascendentes & descendentes nuptiae in infinitum prohibitæ. §. 1. b. t. & L. 53. ff. De rit. nupt. adeo, ut initæ tales dicantur nefariæ, de quibus nè fari deceat.

Cognatio legalis in- trimonium
In cognitione legali, impedimentum est inter adoptantem & adoptatum ejusque descendentes, inter adoptanter quos ditem & uxorem adoptati, inter adoptatum & uxorem adorimat ma- ptantis. Can. Ita diligere. i. XXX. q. 3. L. 14. L. 55. ff. De rit. nupt. etiam dissoluta per emancipationem adoptione. dd. LL. & d. §. 1. b. & hæc de ascendentibus & descendantibus. Seqvitur.

Inter collaterales quam proculprohibita.
in §. 2. de collateralibus, inter quos de jure civili ad quartum, usque gradum exclusivè. §. 4. b. De jure canonico olim ad 7. hodie adhuc usque ad quartum gradum inclusivè. Cap. 8. verf. Prohibitio quoque . De consangu. nuptiæ inhibitæ, observata cujusque juris computatione, de qua infrà De gradib. cognat. Hinc de jure civili etiam inter fratres & sorores matrimonium non subsistit, licet adoptiva soror sit durante adoptione. d. §. 2. Nec inter fratribus, vel sororis filiam, §. 3. b. t. immò nec neptem, quamvis in quarto, secundum jus civile, gradu sit;

quia

quia cujus filiam non licet ducere, neque neptem permittitur. d. §. 3. sic nec amitam, nec materteram, nec amitam magnam, nec materteram magnam ducere licet. §. 5. b. t. Duorum tamen fratribus, vel sororum liberi hoc jure conjungi possunt. §. 4. b. t. & hæc de cognitionis, seqvitur de affinitatis impedimento. ubi

Observa: Quod affinitas secundum jus civile sit diversarum cognitionum per nuptias copulatio, matrimonium, quid? dirimens inter eas, quæ parentum & liberorum loco sunt, personas. §. 6. 7. b. t. secundum canonicum autem, vinculum resultans ex unione duorum in carne una, per copulam carnalem. unde ibi nuptiæ; hic copula affinitatem facit. Cap. 6. 7. De eo, qui cog. consangu. Cap. 2. De consang. & affinit. omnes Qui eam enim cognati cognitæ sunt affines cognoscenti, & è contra, contrahant inducitque impedimentum ex copula licita, hodie usque ad quartum, si illicita, usque ad secundum gradum inclusivè. Trident. Sess. 24. Cap. 4. De reform. matrim. unde quis privignam, aut nuprum. §. 6. b. t. socrum, aut novercam. §. 7. b. t. in uxorem ducere nequit, etiam secundum jus civile. Comprivigni vero se invicem ducere possunt. §. 8. etiam jure canonico; quia non est inter eos affinitas.

Tertium impedimentum recensetur. §. 9. quod publice Impedi- honestatis dicitur, contrahitur in utroque foro per sponsalia & mentem pri- de futuro d. §. 9. & de praesenti secundum canones, extendens blicæ honestatis quod. se in casu priori ad primum; in posteriori ad quartum usque gradum. Trident. Sess. 24. Cap. 3. De reform. matrim. hæc de impedimentis.

Finis matrimonij primarius procreatio prolis, secundarius evitatio fornicationis, & solarium humanitatis. Finis matrī monij quis ē

Servi jure civili contubernium tantum habent. L. 3. Cod. tubernium De incest. nupt. L. 4. §. 2. De legat. 3. in quo etiam cognitionis im- in gradu pedimento est, sicut & nuptijs, si manumissi sint. §. 10. b. prohibito. Erant non inueni-

Erant adhuc aliae prohibiciones de jure civili. juxta. §. u. b. t.
De quibus in Digestis.

Pene incep- Itaque cum impedimento nuptiæ initæ, nullæ sunt, nec
tarum nu- est uxor, nec maritus, nec dos. §. u. b. t. adeò, ut præter alias pa-
priarum. tris pœnas liberi indè nati, nec cali à patre possint, juxta Auth.
Ex complexu. Cod. De incest. nupt. secùs se habet jure canonico,
Cap. Cum haberet. x. De co., qui duxit in matrim. quam poll. per
quæ. quod excommunicatione contrahentes consangvineos,
affines in gradu prohibito, &c. ipso jure punit. Clement. unic. De
consanguinit. Hæc de primo patriam potestatem acqvirendi
modo. Seqvitur de secundo, legitimatione, in §. fin. b. t. ubi

Concubi- Observa I. Concubinatum cœlibis cum cœlibe per-
natus jure missum esse jure civili. L. Divi. Cod. De nat. liber. non etiam ca-
civili per- nononico jure. Can. Audite, Difst. 34. nisi concubinam uxorem,
missus, non non solenniter ductam intelligas. item legitimationem
verò cano- esse actum legitimum, quo ea, quæ naturalis tantum pro-
nico. les est, efficitur legitima, quæ fiebat olim per oblationē curia, fi-
Legitima- lij, & si filia, per desponsationem curiali. L. 3. 4. Cod. De natu-
tio quid, ral. lib. Novell. 89. Cap. 2. & fit adhuc per subsequens matrimoniu-
quotuplex. um. L. Divi. L. Cùm quis. Cod. d. t. Cap. Tanta. x. Qui filij sint le-
git. prole etiam invitâ, dotalibus instrumentis ad faciliorem
probationem adhibitis, modò conceptionis tempore inter-
parentes esse potuerit matrimonium. Gujus legitimationis
effectus est, ut legitimatus omnino comparetur legitimè na-
to, & per rescriptum Principis. DD. ad Novell. 74. Cap. Si quis sa-
nè, in qua consensus liberorum, & patris, & aliorum liberorū
defectus requiritur, si effectum succedendi operari debet,
Auctoritate à Principe acceptâ, etiam Comites Palatini, &
Prothonotarij Apostolici legitimare solent. Seqvitur de
tertio modo, unde

Tl.

TITULUS XL

De Adoptionibus.

Adoptio est legitima liberi hominis in filium familias^{Adoptio}
assumptio, quæ, si adoptandus est filius familias, fit^{quid, &}
auctoritate Magistratûs, & adoptio specifica. si sui ju-^{quotuplex &}
ris, auctoritate Principis, & arrogatio dicitur. §. i. b. t. Effectus^{eius effectus}
utriusque olim transitus in potestatem adoptantis, qui in-
adoptione specifica hodie cessat, nè utraque hereditate pri-
vetur quandoque adoptatus: excipe, si persona de sanguine
adoptatur, tum enim vinculum sanguinis & legis pristinum
effectum operatur. §. 2. b. t. & L pen. Cod. b. t. quod procedit,
licet infans adoptetur. L. 42. ff. b. t. quamvis arrogari neque-
at, nisi septennio major. L. 5. ff. b. t. ubi causa cognitio, num
pupillo expediatur, necessaria est, & per stipulationem servo pu-
blico promitter arrogantis se bona, si impubes deceperit arro-
gatus, restituturum hereditibus ejusdem ab intestato, & si cum
sinè causa emanciparit, quod præter bona propria, & eorum
commoda, quartam Pianam, seu quartam portionis ab inte-
stato debitæ eidem relinquet.

Adoptare volens 60. annorum sit. L. 15. §. 2. ff. b. t. & Adoptare
adoptando 18. annis senior. §. 4. b. t. an in filium, an in nepo-^{qui posse?}
tem adoptet, non refert. §. 5. etiam si filius alienus sit. §. 6. dum-
modo, si filium habeat, is consentiat, nè ei in invito suus agnascatur
heres. §. 7. comparatur arrogantis naturali. §. 8.

Adoptare non possunt castrati, quamvis spadones pos-^{& qui non.}
sint, cum adoptio imitetur naturam. §. 9. nec religiosi, quam-
vis ecclesiastici possint. sceminae non, nisi ex indulgentia
Principis. §. 10. quo casu potestatem non habebunt, nisi id
Princeps expresserit. L. Mulierem. Cod. b. t. Effectus arrogatio. Effectus ar-
rogatis, ut dictum, est patria potestas, in quam arrogantus unà cum rogationis,
liberis transit. §. 11. adoptionis effectus etiam hodie est, quod^{& adoptio-}
ad- nis.

*Servus ad-
optari ne-
quid.
nec adopta-
tus à nobili
fit nobilis.
unio proli-
cum quid,
quando li-
cita.*

adoptans pater nominabitur, diceturque habere filium; adoptatus verè aletur ab adoptante, si apud eum manferit, & habeat jus successionis ab intestato. *h.c. & d.L. pen. b.t.* Servus adoptari nequit, quamvis si adoptetur, fiat liber. *§. fin. quia-*
quando actus non valet, ut agitur, valet, ut valere potest.
An adoptatus à nobili fiat nobilis, probabile, quod non, cùm adoptio non sit nobilitandi modus.
Adoptioni similis *pralium unio*, quæ est pactum inter parentes, eorūque ex diverso matrimonio utrinque suscep-
tos & suscipiendos liberos de mutua successione cum causæ cognitione & auctoritate magistratū factum.

TITULUS XII.

Quibus modis jus patriæ potestatis solvitur.

*solvitur pa-
tria pot-
estas.
1. morte
naturali.
2. morte
civili.
bannus
quid.
3. dignitate
patricia-
tiss.*

Solvitur patria potestas 1. morte naturali, seu patris, seu filij familias, morte etiam avi respectu nepotis, si hic non sit casurus in potestatem sui patris. *in princ. h.c. in-*
*quam non cadet, si pater emancipatus fuerit, licet rursus ar-
rogatus. L. 4. ff. De adopt.*

Secundò. morte civili, seu per deportationem alterius; quia hæc juribus civilibus privat, cuius etiam est patria potestas; restitutus autem *in integrum* pristinum statum recipit. *§. 1. h.* dicitur per deportationem; quia relegatio non privat. *§. 2. h.* sicut deportation, ita & poenæ servitus solvit. *§. 3.* Hodie usitatus est *bannus*, qui est poena, per quam decreto Romani Imperij aliorum capitæ ex delicto sacra sunt, id est, detestabilia, qui aliis superior est, alias inferior.

*Tertiò. Per dignitatem patriciatū summam. §. 4. h.c.
& L. fin. Cod. De consilib. lib. 12. item per Episcopalem. Auth.
Episcopal. Cod. De Episcop. & Cler. per sacerdotalem non, li-
cet secùs se habeat in religionis professione; hodie omnis di-
gni-*

gnitas liberans à curia, de quibus. *L. fin. Cod. De Decurionib. lib.
10. liberat à patria potestate. Novell. 81. Cap. 1.* quamvis ita libe-
rati habeantur in favorabilibus pro filiofamilias. *d. Novell.
Cap. 2.*

Quartò. Potestatem patriam captivitas suspendit pro- *4. captivi-
pter jus postliminij, quod, si captus redeat, singit eum ca-
ptum non esse. §. 5. h.c. si autem ibi moriatur durante capti-
vitate, adeoque liberum esse mortuum singit Lex Cornelia.
Capto patre filius recte quidem contrahere. L. fin. Cod. Desent.
& Legem.
pass. & restit. testamentum tamen condere non potest. L. 2. §. Corneliam.
Si quis. ff. Und. legit. licet possit, si pater sit deportatus. d. L. fin.*

Quintò. Solvitur emancipatione, quæ est de potestate *5. emanci-
patria dimissio, alia legitima, de qua Cajus. Inst. lib. 1. tit. 6. §. patione.
fin. alia Anastasiana, de qua. L. 5. Cod. b. t. alia Justinianea, de
qua L. 6. Cod. De emancipat. liber. §. 6. h.* potest autem pater pro *6. adop-
lubitu emancipare, quem vult. §. 7. h.*

Sextò. Transfertur potestas adoptione specificâ, si *6. adoptio-
duo concurrent vincula. §. 8.* Nepos ex emancipato filio con-
ceptus & natus in potestate patris sui est, non avi. *§. 9.* Eman-
cipare autem pater non cogitur, sicut nec inviti emancipan-
tur regulariter. *§. 10. h.*

Septimò. Solvitur præscriptione. *L. 1. Cod. De patr. 7. præscri-
pione. potest.*

Octavò. Infantis expositione. *L. 2. Cod. De infantib. 8. infantis
exposit.*

Nonò. Hæresi patris. *Cap. 2. De heret. in 6. 9. heresi
patria.*

TITULUS XIII.

De Tutelis.

Personæ sui juris, aliæ sub tutela, vel curatela sunt, aliæ nō. *Tutela.
in princ. est autem tutela vis ac potestas in capite libe-
quid?
ro,*

Tutela duplex.
Testamenteria quid.

ro, id est, in tutori, ad tuendum eum, id est, pupillum, qui se propter etatem defendere nequit. §. i. b. alia jure civili data, id est, legitima, alia permissa, quae, vel testamentaria, vel data. d. §. i. unde & tutores, qui tutores a tuendo dicti. §. 2. b. De testamentaria agitur prius, quae datur ex permisso legis 12. tab. a patre habente in potestate, testamento, verbis directis, vel codicillis testamento confirmatis, liberis suis impuberibus. §. 3. b. etiam postumis. §. 4. emancipatis non, quamvis datus tutor sit confirmandus sine inquisitione. §. fin. h. t. qui etiam dativus potius, quam testamentarius dicendus, licet legitimus preferatur, nec satis dare cogatur. Quæstio quis dari possit? unde

TITULUS XIV.

Qui testamento tutores dari possunt.

Tutor dari potest, tam pater,
quam filius familiæ.
item servus proprius.
& alienus.
Furiosus.
Minor 25. ann.

Respondetur, tam pater, quam filius familias; quia & iste in publicis (quale munus est tutela, *in princ. infr. De excusat. tut.*) habetur pro patre familias. L. 9. *De his, qui sui, vel al. jur. sunt.* ut sub tutoria potestate habere possit, licet non sub patria, immo & servus dari potest & proprius, qui una libertatem accipiet directam. §. 1. b. quamvis flectatur in obliquam. L. 9. *Cod. De fidicomm. libert. & alienus,* qui tutor erit, cum liber erit, d. L. 9. sic & furiosus. item minor 25. atque tutor testamento quidem dari potest, tutor tamen neuter erit, nisi alter sanæ mentis, alter majorenus factus fuerit. §. 2. pupillis interim magistratus per alium prospiciat. §. 2. *infr. De Attil. tut.* sicut & tunc, si tutor sub condizione, vel ex tempore datus sit, sicut dari potest. §. 3. b. datur autem tutor personæ principaliter. §. 4. & quidem, si detur filiis, etiam filiabus datus videtur. L. 10. *De testam. tut.* non è contra, L. 45. *De legat.* 2. Nepotibus autem datus non intelligitur,

gitur, nisi testator liberis, vel posteris aliquem dederit; §. fin. h. t.

TITULUS XV.

De legitima Agnatorum tutela.

Legitima, seu immediatè à Legè 12. tab. delata tutela legitima locum habet, si quis tutela respectu moriatur intestatus. §. 2. b. competit agnatis. *h. t. in princ. & L. 1. ff. b. t.* Agnati autem sunt, qui per virilis sexus cognationem conjuncti sunt, reliqui cognati in specie dicuntur. §. 1. b. quam distinctionem jus civile invenit, unde agnatio rursus tollitur capitis diminutione, §. fin. h. t. hinc

TITULUS XVI.

De capitis diminutione.

Est autem *capitis diminutio prioris statûs mutatio.* h. in. *capitis diminutio* facta, vel quasi facto hominis interveniente. minutiæ. *gloss. ibid.* alia maxima, cum quis & civitatem & libertatem. §. 1. b. alia media. cum quis civitatem amittit. §. 2. alia minima. dum familiam mutat per arrogationem, vel emancipationem. §. 3. Servus manumissus capite non minuitur; sed caput acquirit. §. 4. neque dignitatis mutatione status mutatur. §. 5. statûs autem mutatio, licet agnationem perimat, non tamen cognationem, quamvis cognationis jus per maximam & medium tollatur. §. 6. Ad agnatos itaque tutela pertinet, & quidem proximos, cum hi tantum jure 12. tab. jus succedendi habuerint.

TITULUS XVII.

D

De

De legitima patronorum tutela.

*Casus legi-
tima patro-
norum tu-
tela.*

LEx 12. tab. ut patroni succederent libertis, statuit, unde & ijdem ex mente ejusdem ad tutelam liberti im- puberis vocantur; excipe matronas; mulieres enim tutrices non sunt. *textus hic.* præter matrem & aviam, modè hæ secundis renunciaverint nuptijs, & SCto Vellejano. *juxta Auth. Matri & avia. Cod. Quando mulier tut. off. fung. poff.*

TITULUS XVIII.

De legitima parentum tutela.

*Casus tute-
la bupius.*

AD exemplum patroni, est etiam tutor legitimus pater impuberis à se emancipatæ prolis. *textus hic.* qui olim fiduciarius dictus. *Ulpianus in fragm. tit. u. §. 4. h.*

TITULUS XIX.

De fiduciaria tutela.

*Fiduciaria
tutela sur-
dicta.*

STANTE enim hoc jure fiduciarius tutor erat frater eman- cipati fratris impuberis. item pater filij ab avo eman- cipi, sicut & patruus nepotis; agnatione enim per emancipationem sublatâ tutores legitimi esse non poterant. De jure novissimo sublata differentia inter agnatos & cognatos. *Novell. 118. Cap. 4.* facit eosdem etiam pariter ad tutelam vocari. *Cap. 5. ibidem.*

TITULUS XX.

De Attiliano tuteore, & eo, qui ex lege Julia & Titia dabatur.

Batt.

Dicitur, seu honoraria tutela est, quæ à magistratu im- ponitur in defectu aliarum. *Dativeretur* Sic ex lege Attilia. *tela que,* Prætor Romæ, ex lege Julia & Titia Præses in pro- *qui, & abi-* vincijs dabat. *h. in princ.* etiam in casu, quo erat spes tutoris te- *cam dent.* stamentarij, quæ existente dativus esse tutor desinebat. *§. 1. h.* sic & tuteore capto pro eo tempore dativus datur. *§. 2. h.* Postea Consules ex inquisitione; Prætores, ex constitutionibus tu- tores dederunt. *§. 3. h.* qui inventarium confiscere, & admini- strationem jussu magistratus suscipere debent. *L. fin. §. Illud Cod. Arbitr. tutel.* Justiniani tempore Romæ Prætor, in pro- vincijs Præses, dabat tutores, quod si non essent magnæ pupilli facultates, jussu Præsidum magistratus minor. *§. 4.* Justinianus statuit, ut, si facultates non excedant 500. solidos, mi- nor magistratus debeat non expectatâ jussione. *§. 5. h.* ex quibus colligitur, quod tutoris datio non sit jurisdictionis, vel im- *tutoris da-* perij; sed specialis concessionis. *L. 6. §. Tutoris datio.* De tutel. *tio est spe-* convenit hæc datio juri naturali. *§. 6.* scut & ut datus tutor ra- *cialis con-* fessionis reddat, & auctoritatem pupillo det, *§. 7. h.* unde *seffonia.*

TITULUS XXI.

De auctoritate tutorum.

Auctoritas est approbatio ejus, quod cum pupillo geri- *Auctoritas* tur, necessaria, ubi de eo obligando, vel re ejus ali- *quid. ubi-* enanda agitur. si contrahat sine ea, obligatur quidem *necessaria,* naturaliter; sed non jure naturæ, vel non quoad omnes ob- ligationis naturalis effectus. sic *L. 59. De Obligat. & act. L. 41.* combinan- *De condic.* indeb, combinata cum *L. 127. De V. O. & alijs.* Si con- tractus sit synallagmaticus, tenebitur contrahens contra- *tur sextu-* stui stare; sed non pupillus, unde dicitur claudicare contra- *ctus. hic in princ.* Hæreditatem sine ea adire nequivit, quamvis lucrosa sit. *§. 1. h.* quia licet tunc cesseratio, non cessat tamem,

nisi particulariter & negativè, non autem contrariè vel universaliter, quo casu cessaret legis dispositio: hæreditatem itaque acceptabit pupillus tutore auctore. *L. Potuit. s. Cod. De jur. delibet.* nisi pupillus infans sit, tum solus tuter. *L. 18. Cod. d. t.* Auctor autem tutor esse debet *in ipso* negotio. *§. 2. b. t.* quia ad actus soleritatem reqviritur. auctor tamen esse nequit in rem suam, hinc, si cum pupillo litem habeat, curator pupillo dabitur. *§. fin. b.*

TITULUS XXII. Qvibus modis tutela finitur?

*Quibus
modis tute-
la finitur.*

Respondetur primò, pubertate, id est, 14. anno in masculo, 12. in foemina. *b. in princ.* Secundò, qvalibet capitum diminutione pupilli. *§. 1. b.* qvia nemo esse sub tutela potest, nisi liber, civis, & paterfamilias. Tertiò, capitum diminutione tutoris maximâ & mediâ, minimâ olim, si esset agnatus. *§. 4. b.* Quartò, morte naturali, sive tutoris, sive pupilli. *§. 3.* Qvintò, conditionis eventu. *§. 2.* Sextò, temporis lapsu. *§. 5.* si testamento sub conditione, vel usque ad tempus sit datus. Septimò, remotione. Octavò, excusatione. *§. fin. b.*

TITULUS XXIII. De curatoribus.

*Curator da-
tur mino-
rennibus.*

Puberibus usque ad majorenitatem, seu 25. annūm, completum ad momentum. *L. 3. §. Minorem. De mino-
rib. curatores*, ut res eorum tueantur. *in princ.* dari solent ab iisdem magistratibus, & testamento dati confirmantur. *§. 1. b. t.* non dantur tamen invitis, præterqvam in litem.

§. 2.

§. 2. cùm ipsi legitimam personam pro se standi in iudicio non habeant. Eodem modo dantur etiam majorenibus, si furiosi & prodigi declarati sint. *§. 3.* aut mente capti, vel alio perpetuo morbo laborantes. *§. 4.* Pupillis non datur, adjungitur tamen curator, si tutor non sit idoneus, fraudulenter tamen non administret. *§. 5.* Quòd si tutor pro pupillo litigare non possit, constituet auctorem periculo suo, nisi pupillus præsens non infans, vel ipse jam litem contestatus sit, tum procuratorem. *§. fin. b.* quia is etiam à non domino, hic à domino litis constituitur.

TITULUS XXIV.

De satisfactione tutorum, vel curatorum.

Satisfactione est cautio, quâ securum reddimus adversariis de eo, quod à nobis petit. *L. 1. ff. Qui satisf. cog. quæ si à lege, vel magistratu imponatur, necessaria: si ex voluntate, voluntaria dicitur, utraque fit, vel per fidejussores, vel per pignora, vel per repremissionem, seu nudam, seu juratam. Tutores igitur & curatores per fidejussores cavere debent, quòd res pupillorūm, vel minorum non diminuentur; excipe, si testamentarij sint, vel ex inquisitione dati, horum enim fides approbata. *b. in princ.* nisi aliud pateat. *L. 4. ff. De testam. tut. aut. si plures, unus alijs sat's offerat*, ut solus administret, & reliqui in id consentiant. *§. 7.* quo casu is primò, secundò fidejussores, tertio tutores honorarij, quartò magistratus convenietur. *§. 2. b. intellige minor. §. fin.* nisi magistratus in majori culpa sit, tunc priùs is convenietur. *L. 1. §. 15. De tu- tel. & rat. disrah.**

TITULUS XXV.

De

*Quando-
que etiam
majoren-
bus datur.*

Satisfactio-

*Tutores &
curatores
quomodo
satisfident.*

De excusationibus tutorum, vel curatorum.

*Excusatio
quid.
causa, que
excusant à
tutela.
Prima.*

*Seconda.
Tertia.*

Item potestas.

*Quarta.
Quinta.*

paupertas.

*etas 70.
annor.*

*Professura.
tempus &
modus ex-
cusandi.*

Excusatio h̄ic est allegatio justæ causæ, ob qvam quis onus tutelæ, vel curatelæ deprecatur. Prima causa recensetur polypœdia, seu numerus liberorum, nam Romæ tres, in Italia quatuor, in provincijs qvinque excusant cujuscunque sexūs, juris. modò sint superstites; nam mortui non prosunt, nisi perierint in acie. Nepotes ex filio prosunt avo, locò filij, aliàs suo prosunt patri. *b. t. in pr.* Secunda causa, administratio rei fiscalis. §. 1. Tertia, absentia Reipublicæ causa excusat pro tempore absentem cum comitibus. L. 41. §. 2. b. t. à nova tutela per annum dat vacationem redeunti. §. 2. b. excusat & potestas, si quis magistratum, vel imperium aliquod accipit. §. 3. Quarta, lis cum pupillo de omnibus, vel de majori parte bonorum. §. 4. Quintò. tres tutelæ non affectatae. §. 5. in eadem domo. L. 4. §. *Si pater.* ff. b. t. imò & una illis æqvivalentes. L. 31. §. *fin.* b. t. item paupertas magna. §. 6. adversa valētudo. §. 7. b. etiam à suscepta. L. un. Cod. b. t. item imperitia literarum, si conjuncta imperitia gerendorum negotiorum. §. 8. datio propter inimicitias. §. 9. inimicitiae graves cum patre pupilli. §. 11. ut si statūs controversiam ei moverit. §. 12. nisi reconciliatio intervenerit. *d. s. u.* excusant. ut autem patrem pupilli moverit, necesse non est. §. 10. Excusat & ætas 70. annorum completorum. minor 25. annis non admittitur. §. 13. sicut & non admittuntur milites. §. 14. Honestè missi excusantur, nisi sit pupillus veterani militis. L. 8. ff. b. t. quia privilegiatus non utitur privilegio contra privilegiatum.

Professores artium liberalium excusantur. §. 15. si intrā patriam profiteantur, & intrā numerum sint, de qvo. L. 6. §. 2. ff. b. t. Excusationis autem causæ intrā 50. dies initio utiles, &

IN INSTIT: LIB: I. TIT: XXVI.

31

& cursu continuos regulariter proponiendæ. §. 16. b. & quidem omnes initio insinuandæ. L. 3. §. 8. ff. b. t. quo casu, si de qvibusdam non probaverit, alijs uti intrā tempus dictum, non prohibetur. *d. s. 16.* quæstio autem computatis diebus istis intrā 4. menses est finienda. L. 38. ff. b. t. & qvamvis à decreto & imposito sibi munere quis statim appellare possit. L. 1. §. 1. ff. *De vacat. Et excusat. mun.* ab imposito tamen munere tutelæ ante rejectas excusationes appellare nequit. §. 16. b. & L. 1. §. 1. ff. *Quand. appell.*

Datus tutor ad universum patrimonium datus creditur. *tutor da-*
tur. §. 17. b. & qui tutor fuit, curator esse non cogitur. §. 18. nisi tur ad unl-
libertus is sit. L. 5. Cod. b. t. sicut nec de jure nostro maritus versum.
bonorum uxoris est receptionis tutor. §. 19. (de dotalibus bona mul-
enim & paraphernalibus non est quæstio) quamvis procurat- eris triple-
tutor esse possit. L. 21. Cod. *De procurat.* Qui falsis causis excusa- cia.
tionem tutelæ meruit, non liberatur onere tutelæ. §. fin. id est, damna pupillo illata resarcire tenetur.

T I T U L U S XXVI.

De suspectis tutoribus, vel curatoribus.

Suspicio est actus, per qvem in dubitationem trahimur timentes de aliquo, nè læsionem adferat alicui, hic pu-
pillo; qvo casu tutor talis postulari potest ex L. 12. tab.
b. in pr. de quo cognoscet Romæ Prætor, in provincijs Præ-
des. §. 1. b. t. *I*s suspectus autem fieri potest tutor qvilibet; quia suspectus fi-
mores mutare, vel alius apparere, alius esse potest; sī autem eri potest
postuletur patronus, famæ parcendum. §. 2. b. t. id est, men-
tio doli facienda non est. Qvis postulet, non refert, licet fœ-
mina sit, modò pietate ducatur. §. 3. adeò, ut & minor cum
consilio agnitorum audiatur, non tamen impubes. §. 4. su-
spectus tutor dicitur, qui non ex fide tutelam gerit. §. 5. seu quis.
mori-

*Dolus quid
culpa quid,
& quo-
plex.
infamia
quid.
existima-
tio quid.*

moribus talis est, ut suspectus sit. §. *fin. b.* qui, si remotus fu-
erit, expresso in remotione dolo, fit infamis; si ob culpam, in-
tellige levem, non æqvæ. §. 6. *Dolus* est machinatio ad alterum
circumveniendum adhibita. *Culpa* verò læsio per impruden-
tiā facta, qvæ vel lata, vel levis, vel levissima. *Infamia* autem
est læsio existimationis. *Existimatio* verò dignitatis
illæsa status, legibus ac moribus comprobatus. speciale in hac
postulatione, quod postulatō pendente etiam cognitione sta-
tim administratio interdicatur. §. 7. quæ cognitione, si tutela
priùs finiatur, cessat. §. 8. obtento jam fine, salvâ actione tute-
la. *Tutor*, ut pupillo alimenta decernantur, à magistratu
petere debet, aliàs pupillus in possessionem bonorum ejus
mittitur. quod si quis per mendacium neget decerni posse,
vel tutelam redimat, vel libertus fraudulenter administret,
hi præter remotionem puniendi sunt. §. 10. *ii.* quamvis
autem suspectus satis dare velit, non au-
ditur. §. *fin. b. t.*



INSTI-

INSTITUTIONUM SEU ELEMENTORUM JURIS LIBER. II.

TITULUS. I.

De rerum divisione, & acqüirendo ea-
rum rerum dominio.



Cum de primo objecto *personis*. sc. connexio-
nitur de secundo, seu *rebus*, id est, omni-
eo, quod existit, vel existere potest, prout
à personis & actionibus distinguitur, quæ
vel sunt in commercio, vel extra. *in pr. b.*
In commercio sunt res *communes*, id est, *res com-
munes*, quarum usus omnium est hominum;
proprietas autem ad nullius. v. g. aér, aqua profluens, ma-
tere, & propter hoc litora maris. S. *i.* *Litus* autē est locus ille, qvæ
tenus hybernus fluvius maximus excurrit. §. 3. unde nemo
maris dominus. *I.. pen.* *Ad leg. Rhod. de jacti* quamvis jurisdi-
ctio principum vicinorum cō se extendat ex consensu genti-
um,

um, nè commissum ibi maneat impunitum, unde & gabellas principes justè exigunt.

rer. publicæ Secundò Res publicæ, quarum usus omnium est de uno populo, proprietas autem populi illius, v. g. flumina, origine spectatà, omnia. *Portus*, id est, loca conclusa & munita, quo importantur, & exportantur merces. *L. Portus.* 59. *De V. S. ripa quid.* jus piscandi ibidem. §. 2. b. t. item viæ publicæ. *Ripa*, seu terminus & locus rigorem, seu cursum naturalem, id est, communem continens, quoad usum fluminis publica est; quoad proprietatem verò spectat ad eos, qui vicina habent prædia. §. 4. b. t. ut commoda sentiant, qui sentiunt onus, *L. 10. De reg. jur.* quamvis littus maris & usu & proprietate communice sit. §. 5. b.

res univer. statis. *universitas quid.* Tertiò. Res Universitatis, quarum usus est omnium, de universitate, proprietas autem ipsius universitatis. v. g. theatra, seu visoria, stadia, seu decursoria. §. 6. Universitas autem est corpus constans distantibus inter se capitibus. *L. 7. ff.* Quod cujusque univers. nom. à rebus istis, res in patrimonio Reipublicæ existentes distingvuntur, harum enim usus non est singulorum in specie; sed omnium in genere, quales sunt tabernac publicæ.

res singu- lorum. *res nullius.* *res sacra.* Quartò. Res singulorum, quæ jam aetu alicujus sunt; & singulis acqviriri possunt. Extra commercium sunt res censoria nullius, id est, eæ, quæ nec aetu, nec potestate in alicujus sunt dominio: ut res Sacræ, Religiosæ, Sanctæ, §. 7. Sacrae, quæ solenniter DEO per Pontifices sunt consecratæ, hæ alienari neqveunt. §. 8. b. t. nisi in redemptionem captivorum, vel tempore famis. *L. Sancimus. Cod. De SS. Eccles.* quo casu æstimabitur materia tantum, nè committatur simonia: quæ est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel ei annexum, pro pretio temporali, sive spirituale sit in se, sive ex parte causæ, sive effectus. & annexum, sive antecedenter, confiderat.

ter, sive concomitanter, sive conseqventer. Interveniatque pretium ut pretium, seu munera à manu, sive à lingua, sive *triplex.* ab obseqvio.

Loca quædam consecrari etiam solent in parietibus ab Episcopo proprio, vel benedici à sacerdote in pavimento ob decentiam cultus divini, quæ, si polluantur, veniunt reconcilianda, quibus locis jus asyli competit, quo tamen latro publicus, nocturnus agrorum depopulator, homicida proditarius, vel in eo delinquentis, non gaudent. *Cap. 6. fin.* x. *De immunit. eccles.*

Bona ecclesiastica res sacræ non sunt, unde alienari bona ecclesiastica non possunt, si causa sit necessitas, vel utilitas Ecclesiae, accedat. *I. non Religiosa loca sunt, quæ voluntate & facto religioni, id est, Religiosa loca que.* corporibus sepeliendis destinata, & sic humanis usibus exempta sunt, qvalia quis facere potest auctoritate propriæ, si se peliat hominem mortuum in loco, qvi pleno jure suus est. §. 9. b. aut, si communis, destinatus pro sepeliendis hominibus. *L. 5. ff. De religios. Et sumpt. fun.* aut si alienus, consentiat, vel rati habeat Dominus, si eō invito sepultus, datur actio, ut vel effteratur corpus, vel æstimatio præstetur. *L. 7. d. t.* Locus verò religiosus fit pro quantitate corporis, & si corpus divisum, ubi caput. *L. 44. d. t.* quia idem corpus plura loca religiosa non facit. *d. L. 44.* Hodie baptizati in locis benedictis coemeterijs seu dormitorij se peliuntur, ut alia loca vel religiosa vix sint, vel in exiguo habeantur respectu.

*Sanctæ res sunt, quæ quodammodo divini juris & san- Sandæ res ctione, seu lege poenali ab injurijs hominum defensæ sunt, v. que. g. portæ, muri civitatum. §. 10. item Legati. *L. 9. §. 1. De rer. divisi.**

Rerum, quæ in commercio sunt dominium acqvirti- duobus modis, vel jure gentium, vel civili. §. 11. priùs de jure genti- dis res ac- um, ubi Ob- quiruntur.

*dominium
quid.*

Observe. Quod dominium sit jus, seu facultas de re libere & perfecte disponendi, nisi jure, vel conventione prohibetur. quo casu, si dispositionem istam Lex vel ob qualitatem personæ, vel rei, vel ob cautionem testamentariam inhibeat, alienatio est nulla: sin conventio; adhuc tenet alienatio, data actione ad id, quod interest; quia lex rem afficit, non etiam conventio.

*omple-
num.
legitimum.
naturale.
bodie ple-
num.*

Dominium olim habebat plenum is, cui res erat tradita solenniter, de quo Ulpian, in fragm, tit. 19. si hic alteri traderet non solenniter, tunc tradens retinebat legitimū, seu jure Quirium, alter accipiebat naturale, seu bonitarium. sed hæc sublata. L. un. Cod. De nud. jur. Quir. tollend. Hodie plenum habet, qui & proprietatem & utilitatem habet, quale etiam habet is, qui fideicommissum possidet, licet sit vinculatum pro tempore. non plenum non plenum; qui unum horum: unde, si proprietatem habeat, directum, directum, si utilitatem, utile dominium habere dicitur, quale habet, vasallus, emphytevta. sed

*aliud na-
turale.*

Faciunt etiam dominium aliud naturale, quale dicitur habere mulier in dote, aliud civile, quale habet maritus. item in re, in spe, dominium aliud in re, aliud in spe, quale habet filius familias. item, alium, pri- ia bonis patris. item, aliud summum, seu altum, quod habet, pri- vatum. Princeps. aliud privatum.

*quasi domi-
causa do-*

Cognatum dominio dicitur esse, quasi dominium, quod in bonæfidei possessor, & jus in respectum, quod creditor in pire specificum, quod creditor in pire specificum, gnore habet.

causa do-

Causa efficiens dominij principalis est jus; minus principalis, hominis voluntas; causa instrumentalis, seu modus acquirendi dominium, gentium jure, recensetur primus. Occupatio. quæ res, quæ nullius sunt, apprehendenti conceduntur, sic animalia fera, terrestria, volatilia, aquatilia, quæ in naturali adhuc libertate existunt, occupantis fiunt, sive quis ea in suo, sive alieno fundo capiat; quia judicantur secundum

dum ærem, vel aquam profluentem, in quo spirant, occupata tam diu occupantis manent, donec in naturalem libertatem se recipiant. §. 12. h.

Quamvis passim venatio, piscatio, aucupium prohibi- fit tripliciter, & occupata per modum poenæ auferri soleant, cedent hæc tamen occupanti, nisi Princeps expressè inhiberet dominij acquisitionem, quod absolutè facere potest, cum hæc juris naturalis permisivi sint. Quæ procedunt de venatione saltuosa. oppressiva enim & arenaria est prohibita. Vulnerans feram, dominus necdum est. §. 13. nisi ita vulnerata, vel captarit, ut aufugere non possit. L. I. laqueum, ss. ff. b. t. Apes etiam primò occupanti, seu includenti in alveare cedunt, sicut & favie alveari. si nova soboles, seu examen evolet, est ejus, donec perseqvitur. §. 14. Pavones, & columbae, & alia animalia mansueta manent nostra, donec ex mansueta factione ad naturalem feritatem redeant. §. 15. Gallinae verò, & anseres, & alia mansueta semper nostra manent; adeò, ut ea lucrandi animo detinens, furtum committat, & furti actione teneatur. §. 16.

Occupata in bello, belli jure, si mobilia, occupanti, si Occupata immobilia, Principi cedunt, ita tamen, ut sicut in personis. ca. in bello, cuius ptis ad suos revertentibus, ita & in rebus sit locus juri postli- minij. §. 17. nisi sint turpiter amissæ. L. 2. ff. De capt. & postl. rev.

Gemmae, lapilli & margaritæ in littore maris natæ Inventio & inventæ, sunt inventoris. §. 18. Invenire autem ex verbi modus ac natura etiam dicitur is, qui videt, & oculis apprehendit, ani. quirendi. mo sibi habendi. unde & dicitur in d. §. 18. statim. & ratio; quia res hæ aufugere non possunt.

Est & modus adjecatio, dum rei nostræ quid adjicitur, si adjecatio ve artificialis, sive naturalis, quæ, vel discreta, contingens per quid, & facturam animalium. §. 19. quæ secundum fœmellam cense. quotuplex. cur. L. 1. §. 2. De R. V. vel concreta per alluvionem, quæ est incre- alluvio men- quid.

mentum latens, qvo aliquid agro nostro adjicitur, ut non patet, quantum quoquo temporis momento adjectum sit. §. 20. per flumen publicum. L. 30. §. 3. b. t. nisi ager limitatus sit. L. 10. cod. si vis fluminis faciat, aliud est, priusquam adjectum.

Insula quid radices egerit. §. 21. *Insula*, seu locus undique aqvis cinctus in mari est occupantis; in flumine, si immobilis (nisi ager aliquius ita cingatur) est, sicut ripa, eorum, qui vicina habent prædia, pro cuiusque latitudine. §. 22. idem dic de alveo fluminis publici derelicto. §. 23. Inundatio agri, licet possessionem interrupat, dominium verè non auferit. L. 3. §. 17. *De*

Specificatio. acquir. possess. nisi perpetua sit. §. 24. *Specificatio* dicitur, cum ex aliena materia bonâ fide nova conficitur species, in hujus speciei dominio præfertur specificans, vel is, cuius nomine facta, si ad pristinam reduci materiam nequeat. v. g. in mulso, alias dominus materiae. v. g. in scypho, refuso tamen alteri, vel laboris, vel materiae pretio. §. 25. à fortiori, si pars materiae fuerit specificantis. §. 26. Triturans frumentum detegit tantum, exprimens oleum, perficit speciem. L. 7. §. 7 ff. b. t. *Accessio* facit accessorium, quod alterius perficiendi, vel ornandi gratiâ fit. L. 19. §. fin. *De aur. & arg. legat.* cedere principali, licet malâ fide accelerit, tum; quia accessorium indistinctè principali cedit, tum; quia babetur pro extincto, unde nec vindicari potest, nisi priùs exhibetur, seu eximatur, licet à fure condicione furtivâ, ab alio conditione simpliciter peti possit. §. 27.

confusio quid. *Confusio*, seu rerum liqvidarum, vel liqvefactarum coniunctio, facit confusum commune pro quantitate & qualitate, sive datâ operâ, sive casu fortuito confusio facta sit. §. 28.

*ferumina-
tio quid.* Huc refer *feruminationem*, cum metalla ejusdem generis per eandem materiam in unum corpus solidè junguntur, quo casu pars minor cedit majori, aut si partes quantumitate par, pretiosiori. Si omnimodè pares, manet res cuiuslibet. L.

23. *De R. V. L.* 27. b. t. item *applumbaturam*, quando res per dis- *applumba-* similem materiam junguntur, quo casu cuiuslibet res manet, *tura quid.* unde ad exhibendum agi, ut replumbatio fiat, & vindicari res potest. *ad. LL.*

Commixtio, seu rerum siccarum conjunctio, si voluntate *Commixtio* dominorum fiat, commixtum commune facit. secūs, si casu *quid.* fortuito. §. 29. nisi res separari nequeant.

Jus soli facit in ædificatum cedere solo, licet alienum sit *Jus soli* tignum, adeò, ut dominus illud, seu materiam illam vindica- *quid.* re nequeat, nec ad exhibendum agere, propter L. 12. tab. id inhibentem. §. 30. nè deformetur aspectus civitatis, L. 2. Cod. *De* ædific. privat. sed datur ei in compensationem hujus actio antiqua de tigno juncto in duplum contra jungentem, non tantum malâ fide, vel tignum furtivum; sed etiam contra jungentem alienum bonâ fide, per L. 23. §. 6. *De R. V. L.* 6. ff. *Ad exhibend.* malâ autem fide jungens præter eam, actione ad exhibendum, & sic in triplum tenetur.

Hic & è contra, si quis ex sua materia in alieno solo ædificet, ædificatum cedit solo, quo casu scienter ibi ædificans ex facto proprio materiae dominium amittit, & de rigore juris nec materia, nec utiles aut voluptuarias expensas repetere potest, si bonâ fide, potest. §. 31. in quantum tamen fit locupletior etiam prior repetit de æqvitate. L. 2. Cod. *De R. V. L.* 38. ff. *De petit. heredit.* Sicut ædificium ita & planta cedit solo, postquam radices egit, adeò; ut si arbor in confinio in utrumque fundum radices agat, communis sit. §. 32. ut nec eruta ad priorem dominum amplius spectet. L. 26. §. 1. ff. b. t. idem dicendū est de satione. §. 33. Si quis in aliena charta scribat, cedit scriptura chartæ, id est, dominus chartæ præfertur. §. 34. quodd si autem in aliena tabula pingat, cedit tabula picturæ. §. 35. scriptura enim, seu literæ sunt accessiones operis pictura vero opus per se constituit, non enim amplius dicitur tabula; sed ima-

go, vel pictura, servanda verò in omnibus his distinctione, inter bonā & malā fide facientem quoad refusione pretij, laboris & expensarum.

jus possessionis.

Jus possessionis, id est, si quis rem bonā fide possideat, dat eidem dominium fructuum omniū perceptorum, id est, à solo separatorum interim, seu revocabiliter, donec verus dominus superveniens fundum vindicet, hoc enim vindicante, sicut possessor fundum, ita & fructus omnes ex eo perceptos, si adhuc in natura vel in lucro extent, nisi eos jam triennio possederit, déductis tamen prius laboribus & expensis, restituere tenetur. §. 36. h.c., junctâ L. 48. ff. b. t. Fructus autem est omne id, quod nascitur & renascitur; qui vel naturales, vel industrielles, vel civiles, seu industrialissimi sunt. item alij pendentes, alij percepti, alij plenè percepti, alij percipiendi, item alij extantes, alij consumpti.

male fidei possessor fructus suos non facit

Dictum bone: nam malae fidei possessor nullos fructus suos facit, & de omnibus etiam percipiendis tenetur, & extantes ab eo vindicantur, alij condicuntur. L. 3. De condic. ex leg. arg. L. Generaliter. 78. De reg. jur. Idem dic de bonæ fidei possessore, si resciat fundum alienum esse. Ratio in L. 23. §. Tam diu. L. 48. §. 1. ff. b. t. item à tempore litis contestata; quia eunc justè dubitare potest, an dominus sit, unde ita colere debet, ut in casu evictionis omnia restituere possit. L. 22. Cod. De R. V. Sicut bona fidei possessor, ita & fructuaris fundi fructus suos facit percipiendo; sed hic non citius, quam si ipse, vel aliis nomine ejus eos perceperit. §. 37. b. & L. 25. §. 1. De usur. Ratio; quia jus fruendi in facto consistens, factum ipsius requirit, excipe fecundum animalis. L. 28. De usur. Sic & fructuaris non nisi perceptos à se fructus ad hæredes transmittit, inter quos civiles, seu pensiones ratione locati prædij urbani pro rata temporis, quo vixit, computantur. L. 26. ff. De usufruct. & quemadm.

Quando fructuaris facit fructus suos.

Eadem

Eadem ferè dicuntur de colono. d. §. 37. *Colonus* autem *Colonus* est, qui conductum habet prædium rusticum, vel *simplex*, qui *quia*, & quo pensionem, vel *partiarius*, qui partem fructuum solvit, nam & *tuplex*. hic, si colonus simplex sit, fructus suos facit, si ipse eos, vel alius nomine ejus à fundo separaverit, aliàs domino condicione furtiva competit. L. Cùm in plures, 60. §. 5. ff. Locat, licet colonus, cùm ejus intersit, possit agere actione furti. L. Si apes. 26. §. 1. *Defurt*, partiarius videtur à separatione pro rata fructuum dominus esse. L. Si merces. §. Vis major. d. t. Partus animalium etiam in fructu sunt, præter partum ancillæ, cùm omnis fructus hominis gratiâ à natura comparatus. §. 38. *Officium*. fructuarij est, ut re tanquam bonus pater familias utatur, hinc *fructuarij*. si universitatis, gregis. v. g. ususfructus datus sit, in locum demortuarum ovium alias ex natis substituet. §. 39. aliud est, si 100. ovium v. g. quia in qualibet ove ususfructus consistit, ut unâ mortuâ, ususfructus extinguitur. L. 70. §. 3. *De usufr.* & quemadm.

Thesaurus, qviescit vetus depositio pecuniae, cuius memoria non extat, uero dominum non habeat, seu fortuitò, seu *quid.* datâ operâ. L. 31. §. 1. ff. b. t. inventus in loco suo, cedit totus inventorî, ut loci beneficium. inventus casu fortuito in alieno, medietas inventorî, medietas loci domino: datâ operâ, totus domino loci, medius ex legis dispositione mox, medius ut pœna post sententiam. §. 40. inventus artibus magicis indistincte Fisco. L. un. Cod. De thesaur. lib. 10, in loco sacro, religioso, est inventoris, quamvis communiter dimidium Prælato loci attribuant. In fundo emphytevtico cedit Emphytevtæ inventori totus, licet usufructuario, vel creditori hypothecario tantum medietas cedat. In ædibus emptis cedit emptori. L. 67. De R. V. in fundo bona fide possesto interim totus bona fidei possessori.

Traditio
Inter principales modos est traditio, seu translatio pos-
transfert
fessio- dominium.

sessionis, quæ transfert dominium, si tradens velit, & possit illud dare, acceptet accipiens, sit res, quæ tradi potest, & tradatur ex causa, quæ sit sufficiens ad transferendum dominium. §. 41. *b. t.* Error interveniens circa rem, item circa personam, dominij translationem impedit. *L. 9. L. u. De contrah. empt.* circa causam spectato rigore juris non. *L. Cūm in corpus. 36. ff. b. t.* si tradatur res ex causa emptionis, dominium non transfertur, nisi soluto, vel fide de precio habitâ. §. 42. Qvis tradat, an dominus, an ejus nomine alius habens mandatum, vel speciale, vel generale cum libera, nihil refert. §. 43. *Quasi traditio*, seu per fictionem brevis manû sufficit, si res ante apud aliquem sit ex causa non sufficienti, v. g. commodata. §. 44. Sic & dicitur quasi longâ manu res tradita. *in L. 79. ff. De solut.* si tradantur claves pro horreo in conspectu horrei. *L. Clavibus. 74. De contrah. empt.* res in horreo contentæ traditæ sunt. §. 45.

Quasi traditio quod modo fiat.

Misilia quid.

Pro derelicto que.

& que non.

Misilia, id est, numismata in signum lætitiae, temporibus inaugurationum in vulgo sparsa, cedunt acqüirenti, vel titulo traditionis; sed incompletæ, vel occupationis, quasi pro derelicto habita. §. 46. Pro derelicto autem habetur res, quam dominus eâ mente abjecit, deseruit, ut in numero rerum suarum esse nolit. §. 47. hinc iacta in mare levandæ navis causâ, vel quæ de rieda decidunt pro derelicto non habentur, ut inventor rerum illarum domino, si eum resciat, eas restituere absque exactione præmij. *L. 43. §. 9. De fur.* teneatur, §. 48. alias erit fur. *d. L. 43. §. 10. Can. 6. XIV. q. s.* Hinc & naufragorum bona sibi appropriantes confiscatione bonorum. *Auth. Navigia. Cod. De fur.* & excommunicatione puniuntur. *Cap. Excommunicamus. ; De raptorib.*

TITULUS II.

De rebus corporalibus, & incorporalibus.

Cor-

IN INSTIT: LIB: II. TIT: III.

43

Corporales sunt, quæ sui naturâ sub sensum exteriorem *Corporales* cadunt, *incorporales*, quæ non; sed solo intellectu *que.* percipiuntur, *b. t.* illæ, vel ex natura, vel facto hominis sunt tales; hæ, ex hominis impositione, consistuntque, vel in quantitate, ut nummus, vel in facto, ut possessio, vel in iure, ut hereditas, servitus. Corporales iterum, vel uno spiritu constant, ut homo, vel ex partibus cohærentibus, ut domus, vel ex distantibus, ut grex. *L. 30. ff. De usurp.*

TITULUS III.

De servitutibus rusticorum, & urbano- rum prædiorum.

Servitus in genere est jus quoddam habendi, agendi quid *Servitus* in alieno, contra quam jure communi permisum, quæ, *b. t. quid.* & *vel personalis*, quando res personæ, vel realis, seu *prædia*, *quocuplex.* quis, quando prædium prædio servit, seu jus, id est, qualitas prædijs (dominant & servienti) inhærens; dominantis utilitatem respiciens (sæktem in spe). *L. 19. De servitut.* servientis utilitatem, vel jus diminuens. *L. 5. §. 5. belle, ff. De nov. operis nunciat.* quamvis eidem per accidens prodesse possit. realis, vel urbana, si prædio debeatur urbano, vel rusticæ dicitur, si rustico.

Rusticæ sunt regulariter, & recensetur hic primò. *Iter.* *Servitutis* *ruficae.* id est, jus eundi, ambulandi hominis. *b. in pr.* seu pedes eat, seu eqves, aut lecticæ vehatur. *L. 7. L. 12. ff. De servit, rusticor. præd.* Secundò. *Aetus*, seu jus agendi jumentum, vel vehiculum. *b.* *¶ L. 1. ff. b. t.* cum non dicatur jus eundi, ambulandi, actus essentialiter non includit iter. *L. 4. §. 1. ff. Si servit. vindic.* quamvis per consequens censeatur concessum. *L. 58. De V. O.* Tertiò. *Via*, quæ est jus eandi, ambulandi, agendi, lapidem *via quid.* tra.

Fz.

Aqvedu-
bus quid.

Urbane
que oneris
ferendi.
Tigni im-
mittendi.
projiciendi.
stillicidij.
fluminis.
altius non
tollendi.
altius tol-
nè luminis
bus officia-
tur.
luminis seu
fenesfra.
prospectus.

trahendi, & hastam erectam ferendi. b. & L. 7. ff. De servit. rusticor. præd. ut via comprehendat utrumque & amplius. intellige, de vijs privatis, cuius latitudo in porrectum. 8. in anfractum. 16. pedum est regulariter. L. 8. d. t. Quartò. Aqvæductus. qui est jus aqvæ ducendæ per fundum alterius. textus. b. ubi aqva manans reqviritur, cuius causa perpetua. L. 1. §. 5. ff. De aq. quotid. & festiv. Quintò. Aqvæ haustus. Sextò. Pecoris ad aqvam appulsus. Septimò. Jus pascendi. Octavò. Calcis coquendæ. Nonò. Arenaë fodienda. §. 2. b. & L. 1. §. 2. De servit. rusticor. præd. subintellige semper, pro necessitate prædij.

Servitutes urbanæ recensentur aliquæ. §. 1. Prima oneris ferendi, si vicinus onus vicini in pariete, vel columnæ ferre cogatur, ubi singulare, quod patiens reficere debeat. L. Eum. 33. ff. De servit. urbanor. præd. Secunda. Tigni immittendi, id est, ut in vicino pariete reqviescat. vel projiciendi, ut tantum superimmineat. L. 242. §. 1. De V. S. Tertia. stillicidij, seu aqvæ guttam cadentis recipiendi, ut recipere, & non recipiendi. ut permittere cogatur. Quarta. Fluminis, id est, aqvæ per canalem fluentis recipiendi, & non recipiendi. Qvinta. Altius non tollendi, ut altius ædes tollere non possit. & è contra altius tollendi. ut cogatur. Sexta. Nè luminibus officiatur, id est, nè quacunque ratione obscuret. L. 4. L. 17. ff. De servit. urbanor. præd. cui similis est servitus Luminis, seu fenesfra, id est, jus habendi fenestram in pariete alieno ad lumen coeli capiendum. L. 4. L. 16. ff. d. t. item. Prospectus. qui tribuit gratiorem, & liberior rem aspectum. L. 15. h. t. Has servitutes, utpote prædiales nemo debere, nemo acquirere potest, nisi prædium habeat. §. 3. si non actu, saltē in potentia propinqva. L. fin. ff. Si servit. vindic. Acquiruntur autem, vel per actus inter vivos, vel ultimæ voluntatis. §. fin. h. t. seu, ut ait L. 2. De aqv. pluv. arc. per legem, seu conventionem, naturam loci, & vetustatem. id est, præscriptionem, quamvis enim lex Scribonia usucapiō-

nem,

nem earum inhibuerit, Justinianus tamen, per longi temporis usum eas acqviriri permisit. L. 1. 2. Cod. De servit. & aq. hinc debita que. & servitus alia debita, si quis jus ad servitutem habeat, alia quæ consi- tuta. constituta dicitur, si per patientiam quasi sit tradita. Est & continua alia continua, quæ continuum habet usum, alia discontinua, que. quæ eum non habet. hæc de realibus. Seqvitur de persona que discon libus. unde tinua.

TITULUS IV.

De usufructu.

Ususfructus, vel causalis est, cum proprietatem habet, ususfructus conjunctam, vel formalis, qui est servitus, & dicitur quoquplex, jus utendi, fruendi rebus alienis salvâ substantiâ. b. & quid. in pr. qui à proprietate separatur per ultimam voluntatem, per actum inter vivos, per legem, per judicem, longi temporis præscriptionem. §. 1. b. L. 6. Cod. De bon. que liber. L. 6. §. 1. ff. De usufruct. & L. fin. Cod. De long. temp. præscript. Constitui po- quomodo test super rebus omnibus fruitioni accommodis, modò usus' confitua- non consistat in abusu, quamvis Senatusconsulto inductum, tur. ut per ultimam voluntatem etiam in his quasi ususfructus relinqvi posset, duimodo heredi legatarius idoneè caveat, quod, si morietur, vel capite minuetur, ejusdem qualitatis res, vel æstimationem restituet. §. 2. b. quæ tamen cautio nec in vero, nec in quasi usufructu videtur de substantia esse. L. 5. §. 1. ff. De usufruct. ear. rer. unde & hæres eam remittere potest, quamvis testator non possit. L. 1. Cod. De usufr. De vestimentis dubium, dic, eorum usumfructum esse verum, si per modum corporis data sint, si per modum qualitatis, quasi, & sic. §. 2. b. cum L. 15. §. Et si. De usufr. & quemadm. combina.

Finitur ususfructus primò morte naturali usufructu. quomodo arii. §. 3. b. aut, si aliter conventum, morte primi hæredis. L. finiatur.

Anti-

commoditas
non verò
jus tertio
cedi potest.

Antiquitas. Cod. De usufr. morte conductoris, si à proprietario conduxit, L. 3. Cod. De usufr. centum annis, si corpori datus. L. 56. ff. De usufr. & quemad. vel aratro. L. 21. ff. Quib. mod. usufruct. vel us. amitt. Secundo. morte civili. Tertiò. non utendo, aut non debitè utendo. Quartò. rei interitu. Quintò. lapsu temporis, si, &c. Sextò. consolidatione. §. 3. b. ubi.

Observa, quòd usufructarius tertio commoditatem quidem cedere possit, non tamen jus; quia personale, quòd si etiam extraneo jus cedere velit, & illud cedat solenniter, ipse jus amittat, & illud ad proprietarium redeat. L. 68. ff. De jur. dot. Finito usufructu, & quidem toto, revertitur is ad proprietarium. Seqvitur

TITULUS V. De usu, & habitatione.

Usus quid.

Usus est jus utendi rebus alienis salvâ substaniâ, acqvirritur & finitur sicut usufructus. b. in pr. licet differat, quòd sit individuus, & alteri accrescere nō possit, usus enim solam indigentiam respicit, hinc nec commoditas hæc alteri concedi possit, & sic intellige §. 1. b. t. qv itamen ædium habet usum, is etiam cum uxore & liberis, & è contra, si uxor, habitare, imò & hospitem recipere potest. §. 2. b. sic qui usum servi vel jumenti habet, pro necessitate sua ijs. §. 3. & qui pecoris, ad stercoreandum agrum uti potest, §. 4. b. & modico lacte, lanâ, &c. L. 12. §. 2. ff. b. t.

Habitatio quid.

Habitatio est jus habitandi in ædibus alienis magis in facto, qv àm jure consistens. L. 10. De cap. minut. ut non utendo, aut capitatis diminutione non pereat. §. 5. b. t. sed tantum morte naturali, & elapso tempore, si, &c. Potest habitationem habens eam elocare, licet ædism usum habens id non possit. d. §. 5. Referri huc possunt operæ servorum, quæ ab usufructu servi

*Operæ ser-
vorū quid.*

servi differunt, quòd operæ legatæ in genere cedant à die petitionis, ususfructus ab adita hereditate. Operæ non utendo, aut capitatis diminutione non pereant; sed morte servi, qui eas debet. L. 2. ff. De oper. servor. Seqvitur de modis acqvisirendi dominium jure civili. §. fin. hinc

TITULUS VI. De usucaptionibus, & longi temporis præscriptionibus.

Modi acqvisirendi dominium jure civili recensentur, successio universalis, vel particularis, seu ex testamento, seu ab intestato, arrogatio, tempus immemoriale, sententia judicis securâ missione, & traditione possessionis.

Auctoritas legis. Donatio & usucapio, de qua hic. quæ usucapio olim in plurimis à præscriptione differebat, hodie non. L. un. quid. Cod. De usucap. transform. deficiuntur. L. 3. ff. De usurpat. & usucap, adjectio dominij, intellige, pleni. arg. L. 20. Cod. De pac. ut ei etiam directa rei vindicatio competit. L. 23. De R. V. per continuationem possessionis, temporis lege definiti, quæ, si accipiatur causaliter, est causa dominij, si formaliter pro acquisitione, est effectus dominium acquisitum. requisita sunt

Bona fides, justus titulus, res non vitiosa,

Ut res tradatur, possessio continuetur.

Bona fides. seu illæsa conscientia excusans possessorem, ab ignorantia rei alienæ, alia est positiva, dum qvis se prudenter credit esse dominum; alia dubitativa, dum dubitat. Requiritur à principio positiva, & quidem secundum jus civile sufficit, si adsit à principio. L. 10. ff. b. t. quia superveniens mala fides est facti, ut non noceat, nisi cesserit titulus ut in L. pen. Pro suo

*eius requi-
sita.*

*bona fides
quid.*

*alia posi-
tiva.*

*alia dubi-
tativa.*

suo. Dicta intellige, de ordinaria, longissimi enim temporis *hoc jure* etiam cum mala fide procedit. L. 3. 4. Cod. De prescript. 30. an. ubi tamen exceptionem tantum parit. L. 8. §. 1. Cod. d. t. De jure canonico enim bona fides requiritur toto, quo usucapiio currit, tempore; quia quod non est ex fide, peccatum est. Cap. fin. §. 2. De prescript. dubium tamen supervenientis nec hoc jure interrupit. Can. Si virgo. s. XXXIV. q. 1. 2. ut & bona fides presumatur. L. Merito. ff. Pro socio.

Justus titulus, id est, causa sufficiens ad transferendum dominium.

Res non vitiosa, id est, non sit usucapii prohibita. *Ut res tradatur*; quia requiritur possesso. Cap. 3. De rig. jur. in 6.

Possessio continuetur, intellige, possessionem naturalem & civilem simul, quæ continuari debet. Hodie in mobilibus per triennium, in immobilibus per decennium, & si domini sint absentes, extra provinciam per vicennium. hic in pr. & L. un. Cod. De usucap. transform. multiplicatis absentia annis. Auth. Qvðsi. Cod. De prescript. 10. vel 20. annor.

Actionibus vero personalibus regulariter, 30. annis prescribitur. L. 3. Cod. De prescript. 30.

Interrumpi autem potest possesso, seu usurpatio fieri. L. 2. ff. h. t. vel naturaliter, per rei possessa amissionem; vel civiliter, per malam fidem jure canonico; per judiciale, vel extrajudiciale citationem, vel denunciationem hodie testatam. L. 2. 3. Cod. de annal. except. Naturalis, sicut & in la fides interrumpunt adversus omnes. Civilis altera respectu litem contestantis, quo cessante, rursus incipiet prescriptio, & quidem in actione personali 40. ann. L. fin. Cod. De prescript. 40. ann.

Que res usucapii pos quas liber homo; servus potest, nisi fugitivus sit; qui furtum sinit, & que sui facit, §. 2. res enim furtivæ ordinario tempore, nè quidem non. abo-

à bonæ fidei possessore usucapii possunt; quia vitium hoc committatur rem, unde in rebus mobilibus non facile procedit usucapiio; quia plerumque furtivæ sunt; procedit tamen, si hæres rem defuncto commodatam, v. g. si usufructarius ancillæ partum bonâ fide, ut suæ alteri tradiderit, cum desit affectus furandi. §. 2. b. item in partu ancillæ furtivæ, si is apud bonæ fidei possessorem & conceptus, & natus sit, idem dic, de rebus vi posseditis; sed si quis fundum sine vi occupaverit, ipse quidem non, alter tamen, cui tradiderit, usucapere rem potest; in rebus enim immobilibus non committitur furtum. d. §. 2.

Possunt tamen etiam hæ ordinario tempore usucapii vicio purgato, id est, re ad priorem dominum ut talem, vel quandoque tutorem. L. 4. §. Si pupilli, ff. h. t. reversa. §. 3. hic. si pignus surreptum distingue; ut in L. 4. §. 6. & L. fin. h. t.

Res fisci actu occupatae ordinario tempore usucapii res fisci usucapii non possunt. §. 4. b. bona tamen vacantia quadriennio. L. 1. capi neque. Cod. De quadr. prescript. bona reorum vicennio, L. 1. §. Præscriptio. De jur. fisc. quæ ceciderunt in commissum quinquennio. L. 2. Cod. De vestigial. præscribuntur. de alijs in Digestis. Hoc observa, quod contra impuberes nulla currat præscriptio; contra minores autem tantum ea, quæ longissimi temporis. L. 3. in fin. Cod. De prescript. 30. ann. L. fin. Cod. In quib. cauf. in integr. restit. neceff. non est.

Regula: res usucapienda sit sine vicio. §. 5. Error juris error juris usucaptionem impedit. L. 31. De usucap. facti in causa, si sit ex usucapiro parte tradentis, vel, si sit justus, non nocet. L. Pro legato. ff. Pro nem impletat. Si res tradatur ex causa emptionis, ut bona fides, tempore emptionis, item traditionis adsit, necesse est. L. Justo. 44. §. 2. ff. h. t. in alijs tempus traditionis tantum attenditur. Titulus pro suo non sufficiet, nisi cum alio concurrat, vel, si res sint, quæ nullius esse credebantur. L. 1. 2. Pro suo

Possessio in barede con- Mors licet stricto jure possessionem interrumpat, ex æqvitate tamen & facto continuatur in hæredem, cui etiam tempus jacentis hæreditatis prodest. L. 31. §. *Vacuum.* s. ff. L. 40. b. t. etiam in præscriptione triennij, modò defunctus bonum initium habuerit. §. 7. b. & L. un. Cod. *De usucap. transform.* hoc enim jure civili sufficit, non canonico, quamvis si defunctus in mala fide à principio fuerit, hæres neutro jure usucaptionem à se inchoare possit. L. 11. *De divers. & temporalib. præscript.* L. ult. Cod. *De usucap. pro hered. junct. Cap. i. De nov. oper. nunc.*

Aliter se habet in successore singulari. L. 4. Cod. de R. V. L. 2. §. 17. ff. *Pro empt.* L. 5. *De divers. & temporal. præscript.* quia necessariò personam antecessoris non repræsentat, sicut hæres.

acquirens rem alie- Res aliena bonâ fide à fisco accepta olim quinqvennialio præscribebatur; hodie accipiens statim securus est, & fiscus in nam à fisco tra quadriennium conveniri debet ex constitutione Zenonis. *hodie secu-* §. fin. b. & L. 2. Cod. *De quadr. præscript.* idem, si Augustus, vel *russ est.* Augusta rem patrimoniale alteri tradiderint. §. fin. & L. fin. Cod. *De quadr. præscript.* hæc ad titulum. præterea

usucapio est licita. Observa 1. Usucaptionem esse licitam; quia intuitu boni publici indæsta. L. 1. ff. b. t. nè lites sint immortales, & rerum dominia certa, maximè cùm mercatur id etiam negligentia non repetentis rem. Secundò, computari tempus de die in diem in actionum realium, L. pen. in pr. *De divers. & temp. præscript.* de momento in momentum in actionum personalium præscriptione. L. 6. *De obligat. & act.* Tertio, servitatem rusticam solo non usu per 10. annos amitti. L. 4. §. fin. ff. b. t. Quartò, obligationem naturalem præscriptione perimi, si reqvisita omnia de jure canonico ad præscriptionem adsint; quia tunc lex justa jus *inducens* aliquem tutum, facit in conscientia.

TITU-

TITULUS VII.
De donationibus.

Sicut usucatio, ita & acquisitionis genus dicitur donatio, *connexio:* hic in princ. scilicet mortis causâ, quæ donatarium *mox* facit dominum, licet revocabiliter; donatio enim inter vivos, titulus magis est, quàm acquisitione, est autem *donatio* donatio doni datio, seu mera liberalitas nullo jure cogente facta: quid, & L. 29. ff. *De donat.* quæ *propria* est, alia *impropria*, quæ fit ob causam commodum donatori adferentem. item, alia *inter vivos*, alia *mortis causâ*, quæ fit propter mortis suspicionem ejus facta: mentione; ut ab agonizante simpliciter facta talis non sit. L. 42. §. fin. ff. b. t. debet enim fieri mortalitatis mentio, vel futuri periculi. sive sub conditione fiat resolutiva, sive suspensiva, semper tamen est donatio propria, & licet quoad formam referri possit ad actus inter vivos, in effectu tamen ultimis annumeratur voluntatibus; revocatur enim, si periculum cesseret, donatario præmortuo, & solâ etiam donantis pœnitentiâ: §. 1. b. & sic comparatur legatis, licet alias in multis differat. Mortis causâ capio latius patet, cum comprehendat etiam id quod ratione mortis tertij, vel conditionis impletæ causâ donatur. L. 8. L. 31. L. 38. ff. b. t.

Donatio inter vivos, *hodie* per consensum donantis, & *Inter vi-* acceptancem donatarij perficitur. L. 35. §. *Sin autem.* Cod. b. t. *vos bodie* datürque condicō ex d. L. ut ei satisfiat, in quantum donans *quomodo* facere potest. §. *Antep. infr. De act.* dummodo verbâ in præsens. v. g. *dono* non in futurum, v. g. *promitto, quod donabo.* concepta sint, ultra' s. cōd. solidos hodie donare volens, coram judece & actis facere debet, alias viciabitur excessus. L. 36. §. fin. C. b. t. adeò; ut etiam donatio omnium bonorum, tam præsentium, quàm futurorum teneat; in re enim sua quilibet est moderator. L. 21. Cod. *Mandat.* quia facultatem testandi per in-

*perfecta si-
nè causa
revocari
non potest.*

directum quis sibi auferre potest, facta tamen simpliciter, de presentibus tantum bonis intelligitur. L. Eum, qui. 22. ff. b. t. Quæ donationes sinè insinuatione valeant, recensentur in L. 34. L. 36. Cod. b. t.

Donatio rite perfecta temere, id est, sinè causa revocari non potest, causa justa est, si sit inofficiosa, id est, laedit legitimam, tunc enim eatenus, seu pro ea parte post mortem donantis revocatur. L. 1. 2. 3. Cod. De inoffic. donat, si tamen sit inofficiosa re & consilio, & nihil auctori relictum, revocatur in totum. L. 87. §. Imperator. De legat. 2. causa item est supernascencia liberorum. L. 8. Cod. De revocand. donat. quia presumitur donatus non fuisse. arg. L. 102. De condit. & demonstr. ut revocetur ipso jure in totum. Tertia causa ingratitudo donatarij. juxta versum: *In gratum faciunt, atrox injuria, damnum;*

Impia dextra, fides fracta, pericula necis.
facit, ut donans eam revocare possit. §. 2. b. & L. fin. Cod. Derevoc, donat.

Dos quid,
& quoru-
plex.
Donationes licet sint inter conjuges prohibitæ. L. 1. 2.
3. ff. De donat, inter vir. & uxor. valet tamen ea, quæ ob causam fit, qualis est *donatio olim ante, hodie propter nuptias dicta*, relationem ad dotem dicens: *Dos autem est id, quod datum est marito ab uxore, vel eius patre, vel ab alio, mulieris nomine, ad sustinenda facilius onera matrimonij.* L. 2. ff. De jur. dot. unde alia profectitia, alia adventitia est, & vel datur, vel dicitur, vel promittitur, ubi ex nudo etiam pacto datur actio. L. 6. Cod. De dot. promiss. haec ut magis in tutto sit, facit & assignat (ut ipso jure non constituatur) è contra maritus *donationem propter nuptias*, quæ est contractus, quo sponsæ hypotheca constituitur in securitatem dotis recuperandæ, non etiam aliorum bonorum, quæ præter *dotalia* mulier habet, vel *paraphernalia*, vel *receptitia*, haec donatio licet, 500. excedat solidos, insinuatione non eget, sicut nec in do-

te,

te, nisi maritus ex pacto hanc post mortem lucrari velit. N. 127. cap. 2.

Est & donationis species. Morgen-gabe / vel Morge- Morgen- natica, quæ est pretium deflorationis, manè dari olim soli- tica quid- tum, item sponsalitia largitas, id est, munus sponsalitium inter sponsalitia sponsos consuetum, quod repeti potest, si non sequatur ma- largitas. trimonium. L. 15. Cod. De donat. ant. nupt. facit tamen oscu- lum post sponsalia à sposo sponsæ datum medietatem amiti- ti. L. 16. Cod. d. t.

Erat & modus acqvirendi dominij, *jus accrescendi, casus S.* quando servi communis *soleniter* manumissi ab uno domi- fin. b. no pars alteri accrelcebat, quod abrogatum & statutum, quod condominus servum alteri vendere cogatur favore libertatis, ubi servus libertatem, alter condominus pretium, manumis- tens solus jus patronatus acqviret. §. fin. b. t. & L. 1. Cod. De communis serv. manumiss.

TITULUS VIII.

Quibus alienare licet, vel non?

Dominio res suas alienare licet, excipitur maritus, qui *maritus do-*
licet dominus, vel quoad dominium civile, vel *tem alien-*
quoad ipsum jus, dotis sit, eam tamen per Legem, *nare ne-*
juliam alienare prohibetur, nisi res fungibilis, vel res æstima- *quit.*
tò in dotem data sit, tunc enim dos est titulus transferendi
dominium, & illud etiam in maritum, respectu rei ipsius
transfertur, quo casu competit mulieri actio hypothecaria,
si haec res extet, utpote tacitè hypothecata. L. 21. Cod. De jur.
dot. Maritus itaque dotem indistinctè, nè consentiente quidè
hodie muliere, alienare, multò minus oppignorare potest. hic
inpr. & L. un. §. 15. Cod. De R. V. A si in re immobili consistat, &
non æstimatò data sit, nisi etiam hoc casu mulier electionem
sibi

sibi servaverit. L. 1. Cod. De fund. dot. sic confiscatis mariti bonis dos salva manet. L. 2. ff. De fund. dot. nec præscribi ea potest, nisi priùs inchoata escet præscriptio. L. Si fundum. 16. ff. d. quando cret. E contra creditor habens rem pignoratam, ejus dominus^ditor pi-
gnus alienare posse.
nare posse.

Effectus di-
stributi pi-
gnoris.

pupillu non
alienat.

nec solutio
ei facta te-
net.

per-

si bi servaverit. L. 1. Cod. De fund. dot. sic confiscatis mariti bonis dos salva manet. L. 2. ff. De fund. dot. nec præscribi ea potest, nisi priùs inchoata escet præscriptio. L. Si fundum. 16. ff. d. quando cret. E contra creditor habens rem pignoratam, ejus dominus^ditor pi-
gnus alienare posse.
nare posse.

Effectus impetrati dominij, vel pignoris distracti est, quod liberetur debitor pro concurrente quantitate, si pluris venditum id, plus recipit, si minus, pro illo obligatus manet. L. 3. §. Sed si quidem. Cod. De jur. dom. impetr.

Pupillus licet sit dominus, res tamen sine tutoris auctoritate alienare nequit, hinc mutuò à se datum, si extet, adhuc vindicat, si consumptum bona fide, convalescit, unde condicet; si malâ, aget ad exhibendum ad aestimationem; consumpta autem pecunia dicitur, vel si conflata in aliam speciem, vel ita mixta, ut discerni non possit. L. 78. De solut.

Eodem modo solutio pupillo facta non tenet, nisi tutor auctore fiat, & ut plenè securus sit, interveniente decreto magistratus. §. 2. h. nisi redditus annuus solvatur. L. Sancimus. 25. Cod. De admin. tut. Solutum pupillo soli cogitur iterato debitor solvere, nisi adhuc extet, vel commodum inde

perceperit pupillus, quo casu exceptione repelletur. d. §. 2. Quod si pupillus debitor solus solvat, solutio non tenet, si tamen res soluta pereat, peribit ipsi creditor. L. 19. §. Si pupillus. ff. De reb. credit.

TITULUS IX.

Per quas personas cuique acquiritur.

Respondetur per eas, quas in potestate habemus vel Liberi ac quasi. hic in pr. hinc in potestate existentes liberi acquirunt quirunt patri, qui propriè bona non habent; sed patri. peculum, quod est pusillum patrimonium concessum à patre filios familias, separatum à rationibus paternis, quod, vel ca- strense, quasi castrense, profectitum, adventitium. Castrense & quasi est pleno jure filij, qui habetur etenim pro patrefamilias. L. 2. ff. Ad SC. Maced. profectitum & olim, & hodie quæritur patri. adventitium olim patri, postea exceptae res maternæ, quæ proprietatem tenus manseré filij. L. 1. Cod. De bon. matern, tandem omnes, non nisi quoad usumfructum quæsta patri. h. §. 1. & L. 6. Cod. De bon. quæ liber. ultimò in certis casibus hoc peculum pleno jure filios familias attributum.

Si pater emancipabat, olim de rebus, quæ acquisitionem effugiebat, quoad proprietatem accepit partem tertiam, hodie dimidiā quoad usumfructum manente proprietate salvâ filio. §. 2. h. & d. L. 6. §. 3. Cod. De bon. quæ liber.

Sicut per liberos aliqua patri, ita per servos omnia. Servi acquiruntur domino etiam ignorantē & invito. §. 3. h. mediatè acquirunt & indirectè, nisi de domino obligando agatur, ut in hereditatis aditione, tunc enim jussus domini reqviritur. d. §. 2. & L. 25. §. Jussum. ff. De acquir. hered. quia dominus obligaretur, ut secūs se habeat, si servus legatum acceptet, h. & L. 32. ff. Mand. nec dominium tantum; sed & possessionem servus dominus acqui-

aeqvirit, quæ tamen domino ad usucapiendi conditionem non proderit, nisi servum possidere sciverit, vel si servus ex causa peculiari possidere ceperit. L. 47. ff. De usurpat.

Servi usufructuarij cui acquirant. De servis usufructuarj, vel servis alienis, vel etiam liberis hominibus ut servis bona fide possessis hæc traditur regula. §. 4. b. ut quid quid ex re possessoris, vel ex operis suis acqvirunt, id irrevocabiliter acqvirunt usufructuario, vel bona fidei possessori; quid quid aliunde, id proprietario, vel vero domino, aut sibi, id est, ubi de veritate constiterit, reddit id bona fidei possessor. Est tamen differentia inter usufructuarium & bona fidei possessorem, quod hic servum alienum usucapere possit, non etiam alter. d. §. 4. Per extraneam personam nihil acqvirimus. §. 6. b. & L. Cum unus. 12. ff. De reb. auct. jud. poss. nisi sit procurator, per quem & possessionem, & per consequens dominium acqvirimus. L. 1. Cod. De acqvir. poss. dummodo nostro nomine rem sibi traditam accepterit. L. 1. De acqver. rer. domin. vel usucapiendi conditionem, quæ tamen non currit, nisi à tempore scientiæ, cum ad hanc bona fides reqviratur. L. 49. §. 2. De acqvir. poss. Actiones verò personales per procuratores etiam nostro nomine contrahentes non acqvirimus directas; sed debent eæ priùs cedi. d. L. 49. adhærent enim offibus contrahentium, excipitur conditio certi ex mutuo, si quis meo nomine pecuniam etiam suam crediderit. L. Si certi. §. Si nummos. ff. De reb. credit. quod speciale.

modi per universim tem.

Hæc de modis acqvirendi titulo singulari. Seqvitur de titulis universalibus, quales sunt hæreditas, bonorum possesso, arrogatio, additio libertatum conservandarum causâ. Seqvitur de hæreditate, quæ cum vel deferatur ab intestato, vele testamento. priùs de hac, unde.

T I

TITULUS X.

De testamentis ordinandis.

Ultima voluntas est dispositio hominis mortis causâ facta, qualis est codicillus, mortis causa donatio, *ultima voluntas quid est testamentum, tum unde dictum, & quid.* epistola & testamentum, quasi testatio mentis, vel *definitio Vultej.* testatio manens dictum, & describitur, quod sit voluntatis nostræ justa sententia de eo, quod evis post mortem suam fieri vult. L. 1. ff. Quis testam. fac. possunt. vel ut Vultejus definit, est ultima voluntas directam ex sui tratura hæredis institutione continens; qui aliud dieit justum, quod à civi Romano, aliud in justum, quod à peregrino sit, olim illud siebat, vel calatus comitys, tempore pacis bis in anno, vel in procinctu, tandem olim qualiter as & libram; ubi hæres familiæ emptor, testator ante statutus dicebatur. §. 1. h. t. hodie testamentum aliud dicitur paganicum, à non milite aliud militare, à milite militariter factum, item aliud scriptum, aliud nuncupativum, item aliud dicitur legitimum, qualia erant antiqua, aliud prætorium: in quo signa septem testium sunt exhibita. §. 2. h. t. aliud mixtum, ex jure veteri, prætorio & constitutionibus Principum, quod requirit primò institutionem hæredis certi, vel certificandi, & sui hæredis institutionem, vel ex hæredationem, secundò, testam. fiat uno contextu. L. 28. Cod. De testam. tertio, coram septem testibus idoneis rogatis, vel admonitis. L. 21. §. In testam. ff. Qui testam. fac. possunt. simul in conspectu testatoris præsentibus. L. Si non speciali, Cod. h. t. quartò, testator & testes subscribant id & signent. L. 21. 28. Cod. h. t. §. 3. h. t. annulo seu signo, sive suo, sive alieno. §. 5. h. t. Jure Codicis, ut hæres coram testibus exprimeretur. L. Jubemus. 29. Cod. h. t. sed hoc remissum. Novell. 19. Cap. 9. & Auth. Et non observato. Cod. d. t. Testes autem idonei sunt, qui testamenti factionem habent, sepes idem passivam, ut filius familias esse possit, excipe tamen, ne hic qui, multi-

mulieres, b. §. 6. licet alias testes esse possint. L. 3. §. *Lege Julia.*
ff. *De testib.* item impuberem, servum, furiosum, surdum, mutum, prodigum declaratum. d. §. 6. coecum, L. 9. Cod. b. t.
& alios intestabiles. d. §. 6. servus tamen pro libero habitus tempore conditi testamenti testis esse potest. §. 7. h. & L. 1. Cod. b. t. quia inspicitur conditio testium tempore; quo adhibiti. L. 22. §. 1. ff. b. t.

Qui ex eadem domo testes.

Plures testes ex eadem domo, licet testes esse possint. §. 8. b. t. & L. 17. ff. *De testib.* non possunt tamen iij esse, qui sunt domestici, id est, habent, vel sunt in potestate testatoris, ut pater filiofamilias de peculio castrensi post missionem testanti testis esse nequeat. §. 9. d. t. possit tamen filius emancipatus esse patri. Hæres, sicut & ij, qui in potestate hæredis sunt, testes esse nequeunt; essent enim testes in propria causa. §. 10. b. Legatarij tamen & fideicommissarij particulares esse possunt. §. 11. b. & L. 20. in. pr. ff. b. t. qui, licet sint testes in propria causa per consequentiam, id tamen specialiter hic concessum, ut ad testimonium hoc allicantur, L. *Dictantibus.* Cod. b. t.

Testam. in quavis materia scribi potest.

Quod scripturam attinet, scribi testamentum potest in qualicunque materia. §. 12. b. etiam idem testamentum saepius in diversis codicibus. §. 13. ubi in quolibet solennitates observari possunt; alias reliqua non erunt testamenta, sed apographa tantum. Hæc de scripto.

nuncupati- vum quid requirat.

Testamentum nuncupativum easdem solennitates requirit, praeter eas, quæ respiciunt scripturam, & est in genere suo aqvè perfectum. §. fin. b. t. manetque tale, licet memoria causâ etiam statim in scripturam redigatur. Hæc de jure civili.

Solenitatis qua jure canonico.

De jure canonico testamenta coram duobus, vel tribus testibus idoneis facta, firma sunt. Cap. *Cum effe.* ro. x. b. t. & si ad causam piam, coram duobus, Cap. *Relatum.* ii. d. t. voluntamen

tamen hoc etiam sine teste valere. arg. L. *Hac consultissimâ.* §.
Ex imperfecto. Cod. b. t.

An solennitates de forma sint substantiali, an probato- an solenni- ria tantum, seu, an sciens voluntatem defuncti, & non im- plens ex eo, quia destituta est solennibus, sic tutus in con- formasub- scientia, an non? Triplex est opinio. Prima, quæ affirmat, substantiali, dat rationem; quia & legem justam disponentem, & triplex est judicis sententiam pro fe habet, quæ tutum faci- opini. unt in conscientia, maximè cum non voluntas; sed etiam, potestas ad actum sit necessariâ, & hæredibus ab intestato jus non nisi legitimè adimi debeat. Quæ negat, ait, has solenni- tates reqviri, ut fraudes evitentur, quæ hic cessant. Secundò. vult nasci obligationem naturalem, arg. L. 2. Cod. *De fideicom- miss.* Tertia sententia docet, legislatorum mentem esse hujusmodi voluntatibus imperfectis resistere tantum civiliter, tol- lendo actionem, obligationemque civilem, relicta tamen obligatione naturali licet aliquantum inefficaci, id est, possi- dens ex voluntate imperfecta, potest relictum retinere, nisi alter petat, exigere tamen id non potest, sicut id, quod lusu amissum est, quod quis non tenetur solvere, & solutum repeti potest, si tamen non repetatur, potest alter in conscientia retinere.

TITULUS XI.

De militari testamento.

Milles, vel à malitia, id est, duritia, vel à multitudine, Miles unde dictus? vel à malo, vel à numero mille dictus. L. i. §. 1. ff. b. t. hodie liberam facultatem testandi habet, & valet quomodo cunque testatus fuerit, modò de voluntate constet. d. L. i. L. *Milites.* i. Cod. b. t. licet filius familias sit, aut de statu dubitet, L. ii. §. 1. ff. b. t. idque tum propter simplicitatem

milites to-
gati non.Missio quo-
cupata,testamen-
tum inter
liberos im-
perfectum
valet,

xem, seu nimiam imperitiam; tum principaliter, qvia in expeditionum necessitate constitutus, concessum est, *text. hic & L. un. ff. De bon. possess. ex testamento militari.* in qua cùm etiam limitanei & praesidiarij constituti sint, eodem jure gaudent, alias à paganis non different. *arg. L. fin. ff. h. t. Idem.* *jus milites temporis nostri meritò sibi attribuunt, non etiam milites togati.* debet tamen certò de voluntate militis constare, nè vera judicia subvertantur. §. 1. h. t., qvamvis testes necessarij non sint, nisi per nuacupationem testari velit, qvò casu etiam non rogati sufficient.

Surdus & mutus factus existens miles, ante missionem scriptò militariter. L. 4. ff. h. t. post missionem jure communi etiam absque rescripto testari potest. §. 2. h. t. *Missio* verò, alia est *causaria*, alia *bonifica*, alia *ignominiosa*. L. 2. §. 2. *De his, qui not. infam.* uno ex prioribus duobus modis missio privilegium datur, ut testamentum priùs factum militariter post missiōnem per annum adhuc valeat, si intra eum moriatur, licet conditio eveniret primò postea. §. 3. h. quod non competit ijs, qui acceptis successoribus militare desierunt. L. 20. 21. ff. h. t.

Post missionem verò jure communī testari debent. d. §. 3. h. *Testamentum prius imperfectum, si miles factus approbet, valet.* §. 4. *E contra autem testamentum militis, licet se arrogandum det, non sit irritum.* §. 5. h. & L. 22. ff. h. t. *Intellige, quoad peculium castrense, non alia.* L. 23. ff. h. t. *hęc de militibus veris.* Filii familias autem habentes peculium, quasi castrense, de eo quidem etiam testari possunt; sed observatis solennibus. §. fin. h. t. L. fin. Cod. *Qui test. fac. poss.*

Valet etiam testamentum imperfectum quoad solen-
nia à parentibus inter liberos factum, tum parentum, tum li-
berorum favore. L. fin. Cod. Famil. excise, L. 21. §. *Ex imperfecto.*
Cod. De testam. Novell. 107. cap. 1. ubi etiam dicitur, si extraneis
relinquere quid in eo vident, id coram (probabiliter qvini-
que)

que) testibus fieri oportere. valet item testamentum, quo ad pias causas quid dispositum. item tempore pestis factum, quo concursus testium tantum remissus videtur. L. Casus. 8. Cod. tempore *ad pias causas.* *De testament.* Om̄nem etiam soleanitatem supplent acta, pestis. coram quibus factum, L. Om̄nium. 19. Cod. *De testam.* In testamento rustici quinque testes sufficient, si plures haberine-*sunt.* L. fin. Cod. *De testam.*

TITULUS XII.

Quibus non est permisum facere te-
stamentum.

*S*pectato jure naturæ qvilibet dominus judicium animi *Testamente* habens testamentum facere potest. Lex 12. tab. dixit: utē qui facere quisque pater familias super pecunia, tutelāve sua legāfit, possint, & jus esto. infr. Ad leg. Falcid. hinc filius familias id facere nequit, qui non. hic in pr. & L. 16. ff. h. t. nè qvidem si pater consentiat. h. & L. 6. ff. h. t. quia testamenti factio est juris publici. L. 3. ff. cod. saltem auctoritate, licet consentiente eō possit mortis causā donare; quia donatio juris privati est, videtur tamen posse eō consentiente aliquid disponere pro anima. Cap. pen. *De sepult.* in 6. hinc cùm in peculio castrensi & quasi habeatur pro patrefamilias. L. 2. ff. *Ad SCGum Mace.* L. 4. *De judic.* de ijs testari potest, *textus hic.* alias id olim pater occupabat jure peculij. L. 2. *De castr. pecul.* nisi jure codicis à liberis & fratribus esset exclusus. L. fin. Cod. Comun. de success. *De peculio adventitio,* licet illud pleno habeat jure, testari non potest. L. Nemo. pen. & fin. Cod. b. t. quia patris familias loco nō habetur. Non obstat L. fin. §. fin. vers. filijs autem. Cod. *De bon.* que lib. quia non procedit in correctorijs argumentum à contrario sensu, & omne dubium resolvit d. L. Nemo, neque Novell. 117. cap. 1. §. 1. quia illa de di-
spo-

spositione inter vivos loquitur, unde & mentionem aetatis perfectae, id est, majorenxis facit, quæ aetas ad testamentum non requiritur. Videtur tamen posse testari super donatis ab Augusto, vel Augusta. L. pen. Cod. De bon. quæ lib. & occasione clericatus acquisitis. I. 34. Cod. De Episcop. & cler.

impubes re-
stari nequit. Impubes, qui necdum ultimam diem pubertatis attigit. L. 5. ff. b. t. testari neqvit. §. 1. b. sicut nec furiosus, aut mente captus; modò de furore certo constet, alias enim pro sanitate præsumitur. L. 5. Cod. De iur. codicill. testamentum tamen ante furem factum valet. d. §. 1.

nec prodi-
gus decla-
mitus. *eapius re-*
stam. non
facit. Prodigus quoque declaratus, cum furioso quoad alienationem bonorum comparetur, testari neqvit. §. 2. hic quamvis minor curatorem habens, possit. Surdus & mutus, æqvè testari neqvit, per accidens factus, si voluntatem exprimere possit, potest testari. hodie etiam absque rescripto. L. Discretis. 10. Cod. b. t. Eodem modo coecus testari potest, modò adhibeat ea, quæ in L. Hæc consultissimæ. 8. Cod. h. t. præscribuntur.

nec da-
mnatus. *nec excom-*
municatus. *ob cæd. Car* Captus ab hostibus testamentum facere non potest, factum tamen priùs valet, vel ex jure postliminij, si redeat, vel ex lege Cornelia, si ibidem moriatur. §. fin. b. Præterea testamentum condere non possunt: damnatus ultimo suppicio. L. 8. §. 1. ff. b. t. Excommunicatus ob coedem Cardinalis. Cap. fin. De pæn. in 6. ob hæresin. Auth. Credentes. Cod. De heret. Usurarius manifestus. Cap. fin. De usur. in 6. sicut nec de statu dubius, an pater, an filius familias sit. L. 15. ff. b. t.

TITULUS XIII.

De exhæredatione liberorum.

suus infiliu-
endus vel
exhare-
dandus. S^UIS hæres necessariò instituendus, vel exhæredandus est. L. 30. ff. De liber. & post. heredib. instit. nè dentur.

ejus-

ejusdem hæreditatis duo domini in solidum, scilicet hæres suus & scriptus; erant tamen differentiæ inter filium & filiam, nam hæc præterita habebat jus accrescendi, & si ceteri ex hæredati essent, exhæredata censebatur (idem dic de nepotibus suis) filius autem institui, vel nominatim exhæredi debebat, alias dicere poterat. testamentum nullum. b. in pr. Dixi poterat. qui poterat & potest etiam non dicere, & juri suo renunciare, modò in alterius præjudicium non vergat. L. Filio. 17. ff. De injust. rupt. Posthumus, qui vel post humatum patrem, vel post factum testamentum nascitur, vel arrogatur, qui ad testamenti valorem à principio instituendus, vel exhæredandus quidem non est; quia incertus, attamen, si postea existat, & non inveniat se institutum, vel exhæredatum, testamentum rumpit. §. 1. b. unde nè rumperet, licet incerta esset persona, favore suitatis tamen institui, vel exhæredari potuit, & adhuc hodie etiam potest, nè nativitate testamentum rumpat, dabitur autem ei querela in officiis. de qva infr. tit. 18. Nativitate tamen posthumus ruptum, si natus adhuc moriatur ante testatorem, sustinetur à Prætore, qui dat hæredi scripto bonorum possessionem secundum tabulas. L. 12. ff. De injust. rupt.

Posthumus alienus, seu nepos, qui in locum sui hæredis succedendo primò fieri potest suus, olim nec institui, nec exhæredari poterat, in eo enim favor suitatis non militabat, quia tamen etiam tales posthumus sapiùs nativitate suâ rumpabant testamentum, ideo Gallus induxit. L. 29. in pr. ff. De lib. & post. quod testator ita dicere possit. Filius meus hæres esto, si verò filius meus vivo me morietur, tunc, si quis mihi ex eo nepos, sive quæ neptis post mortem meam, in 10. mensibus proximus, quibus filius meus moreretur, natus, nata erit, hæredes sunt. quo casu, si nepos nasceretur aeo vivo, testamentum rumpiebat, quod nè contingaret, statuit Vellejus cap. 1. ut posset in prædicta formu-

Casus L.
Gallus. 29.
ff. de lib. &
post. he-
red. instit.
relexbar:

formula addi: *ante, vel post mortem meam.* In secundo autem capite, ut, si avus habeat nepotem existentem tempore conditi testamenti, dicere possit: *filius meus heres esto, si autem filius meus ante me moreretur, nepos ex eo heres esto.* §. 2. hic & d. L. 29. §. 11. & seqq. præter quos casus est & alius in d. L. 29. §. 15. ut dicere possit: *Filius meus heres, & nepos meus, quem nasci spero ex uxore filij mei, heres esto.* quæ formula etiam casum alium præter tres enumeratos continebit.

emancipati jure prætorio sunt instituti. vel ex hæreditandi.

Emancipati, cùm sui non sint, necessariò instituendi, vel ex hæredandi non sunt. Prætor tamen respiciens sanguinem, præteritis, id est, nec institutis, nec, si filius sit, nominatis, si filia inter ceteros ex hæredatis, dat bonorum possessionem contra tab. §. 3. hic: quâ totum rescinditur testamentum, excipe legata conjunctis personis relictæ. L. 1. ff. De legat. præst. contra tab. bonor. posseff. petit. quam etiam suus præteritus petere & obtinere potest, si cum judicio paterno agere velit verecundiūs, qui nulla legata præstare cogetur. L. 1. d. t.

adoptivi sui instituendi vel ex hæred. non item si emancipati differentia inter masculos & feminas sublatam.

Miles suos instituere non tenetur

Adoptivi liberi, si sui hæredes sunt, etiam ad valorem testamenti sunt instituendi, vel ex hæredandi; emancipati autem, nec jure civili; quia sui non sunt, nec prætorio; quia non sunt de sanguine; quidquam prætendere possunt. §. 4. hic.

Ex dictis patet, multas fuisse, filios inter & filias, differentias, has Justinianus sustulit. hic & L. 4. Cod. De liber. præterit. ut idem juris sit in sua, quod in suo, in emancipata, quod in emancipato, in postuma, quod in postumo: differentiam autem suos inter & emancipatos & posthumos in successione ex testamento nequaquam dixeris sublatam.

Miles, si suum hæredem habeat, cum instituere, vel ex hæredare non tenetur, & præteritio ex hæredationis loco est. §. 6. b.

Mater

Mater quoque & avus maternus ad valorem testa- *ne mater* menti liberos instituere, vel ex hæredare non tenentur; quia *liberos.* suos hæredes non habent, datur tamen præteritis querela de testamento inofficio. de qua *infr. tit. 18.*

TITULUS XIV. De hæredibus instituendis.

Hæredis institutio est designatio successoris in universum jus, quod defunctus tempore mortis habuit. *Institutio* Institui potest qui non prohibitus, tam liber homo, quid? quam servus, seu alienus, seu sic proprius, qualis & is, cuius *testator* tantum proprietatem habet, qui simul fiat liber, licet *sunt omnes dominus* dixerit simpliciter *heres esto.* hic in pr. & L. pen. Cod. *non prohibiti.* De necess. serv. hæredib. instit. (Excipe, si instituatur à domina, qui de adulterio cum ea commisso accusatur, in d. pr.) Iste casus excepit hæres necessarius; dummodo in eadem causa maneat, alias si manumissus, proprio arbitrio: si alienatus, sicut alius alienus servus iussu domini sui hæreditatem acceptabit; qui si acceptare noluerit, dominus hæres esse non poterit. L. 3. verf. potuit enim. Cod. b. t. quamvis juxta L. fin. Cod. De bon. que liber. aliter se habeat in patre, qui, hærede instituto filios, non nolente, hæreditatem acceptare potest. Servus hæreditarius, *Servus hæredis* id est, is, qui in hæreditate jacente est, hæres institui potest; *reditarius* hæreditas enim jacens personam defuncti sustinet. §. 2. b. & quis. L. 3. §. 1. ff. b. t. quamvis, si aditam spectemus hæreditatem, repræsentet personam hæredis. L. 27. ff. De novat. Institutus autem iste expectare debet, donec hæreditas adeatur, ut iussu domini eam acceptare possit. Sic & communis servus hæres institutus pro rata dominij, dominis acquirit, quorum iussu hæreditatem adit. §. 3. b. quibus portio vacans accrescit, ex ratione I

tione L. 7. *De reg. jur.* quamvis in legata proprietate aliter se habeat. L. 20. *De legat.*

plures hæredes instituti possunt. Instituere autem hæredes quis potest tot, qvot vult, etiam in infinitum. §. 4. b. c. nisi indefinitus & incertus hærediti possunt. *hæreditas in 12. unci as dividitur.* dum numerus sit. L. 68. §. 1. *De R. V.* Dividitur hæreditas regulariter in duodecim partes, quarum duodecima vocatur uncia, duæ unciae sextans, tres quadrans, quatuor triens, quinque quincunx, sex semis, septem septunx, octobes, novem dodrans, decem dextans, undecim deunx, duodecim as, vel libra, vel pondo. Potest tamen testator vel pauciores facere, v. g. semissem, & totus as in semisse erit; vel plures, & faciet dupondium, aut etiam tripodium, quæ rursum reducuntur ad assem, nam tres unciae in tripodium faciunt duas in dupondio, & unâ in uno pondo. §. 5. b. In has portiones secundum voluntatem testatoris vel expressam, vel tacitam succederent. §. 6. b. si as exhaustus, & qvis sine parte institutus, interest: an testator ex alia: an ex reliqua parte hæredem scripsit; priori enim casu aliquid, posteriori nihil habebit. L. 17. §. 3. 4. b. t. Quod si pars vacet, aut desit respectu partium assignatarum ex asse, tum illa vel accrescit, vel decrescit. §. 7. b. idem, si id contingat in dupondio. §. 8.

conditio quid, & quo superlex. Hæres institui potest, & purè & sub conditione. §. 9. b. t. est autem conditio propriè accepta lex adjecta actui, differens effectum illius in futurum, & incertum rei eventum. Conditio in genere, alia est necessaria, alia possibilis, alia impossibilis. Possibilis rursus, vel potestativa, vel casualis, vel mixta: Impossibilis autem talis, vel natura, vel lege, vel facto, vel perplexitate verborum, sub conditione igitur, intellige possibili, institui potest hæres. nisi filius suus sic, qvì tantum sub ea, quæ in facilitate eius potestate est, institui potest, alias in defectu ex hæredandus. L. 4. §. 6. 86. ff. *De condit. institut.* L. 4. *Cod. De hæredib. institut.* nam sub conditione positi non censentur vocati; quia natu-

natura conditionis est suspendere actum, non etiam aliquid disponere. L. 8. ff. *Si quis omis. cauf. testam.* sic & institutio captatoria, id est, quæ sit captandæ alienæ hæreditatis causa verbis in futurum conceptis, est reprobata. L. 70. 71. ff. *De hæredib. institut.*

Ex tempore certo, vel ad tempus hæres institui nequit; hæres est quia in priori casu decederet qvis testatus, & intestatus, in tempore, posteriori deberet definire esse hæres, quæ sunt contra L. 7. vel ad tempus. *De reg. jur.* L. 7. §. 10. *De minorib. tem. pus tamen appositum,* pro non adjecto habetur. d. §. 9. b. ut sit differentia inter tempus & conditionem; quia hæc institutionem suspendit usque ad sui eventum, vel non eventum, qvi ad tempus mortis retrotrahitur. L. 8. §. 1. *De pericul. & commod. rei vend.*

Conditioni similis est dies adjectus, si incertus sit simus dies, incipiente. v. g. quando nubet. L. 75. ff. *De condit. & demonstrat. ius quotus.* L. 21. 22. *Quando dies legat. ced.* si autem incertus sit secundum plexum tantum, id est, ignoretur tantum, an venturus sit v. g. cum erit annorum 14. vel quando, v. g. cum morietur, cum sitalis referatur ad alium tertium, v. g. *Titi hæres esto.* cum morietur Marcius. habetur pro conditione, potest enim contingere, ut honoratus moriatur prius; si autem referatur ad ipsum honoratum, v. g. *Titi hæres esto.* cum morieris. pro conditione non habetur. L. 4. *Quando dies legat. ced.*

Conditio impossibilis adjecta ultimis voluntatibus via conditio impossibilis, id est, pro non adjecta habetur. §. 10. b. videtur enim impossibilis. L. 12. ff. *De reg. jur.* nisi sit perplexitate verborum impossibilis. L. 15. ff. b. t. si plures conditiones apposita sint copulativè, omnes. L. 5. ff. *De condit. institut.* si disjunctivè, unam evenire sufficit. L. 129. *De V. O.* §. 11. b. t. Institui autem possunt etiam iij, quos testator nunquam vidit. §. fin. b. t.,

TITULUS XV.

De vulgari substitutione.

Substitutio quid, & quotuplex. **S**ubstitutione est alterius hæredis in locum deficientis prioris vocatio, quæ vel obliqua, vel directa, hæc, quæ verbis directis, sive vel vulgariter, quæ cuivis ætati & personæ à qvilibet substituitur in casum, quo vocatus non adit hæreditatem, idque rursus vel expressæ, sive generalibus, sive specialibus, sive singularibus verbis fit, vel tacite, quando sub expressa pupillari continetur.

Utilitas substitutionis. Utilitas substitutionis est, nè quis moriatur intestatus, unde pro meliori solet etiam novissimo loco servum proprium, utpote necessarium hæredem substituere. *in pr. b.* qui etiam manebit necessarius, licet ei substitutio fiat; videtur enim testator sibi in casum manumissionis, mortis, vel alienationis prospicere voluisse. Sic & substitutus in casum noluntatis censetur etiam substitutus in casum impotentiarum, & contra, ex præsumpta testatoris voluntate, nè moriatur intestatus. *arg. L. 3. Cod. De instit. & substit. L. 25. De liber. & posthum. hæred. instit.* Non obstat *L. 10. d. t.* quæ de lege correctoria, neque *L. 21. ff. b. t.* quæ in casu temporis appositi, neque *L. 22. Solut. matr.* quæ in casu contractus loquitur.

plures uni, & unus pluribus, & unus plu & singuli singulis, & etiam sibi invicem. **D**efinitur ea esse, quæ fit à parentibus liberis suis im-
ribus substi puberibus regulariter in casum, quo hæredes fu-
sui potest. *substi*tutio reciproca dicitur, quæ, si personarum æqualium paritas ferat, & vulgarem, & pupillarem sub se comprehendit. *L. 4. §. 2. ff. b. t.* & quidem expressæ, si fiat sub hac forma: *& hos invicem sibi substituo.* *arg. L. 45. ff. b. t.* ubi si partes habuerint assignatas in institutione, censebuntur eadem repetitæ in substitutione, *§. 2. b.* nisi alia mens testatoris appareat, veluti, si eos in substitutione æqualiter gravaverit. *L. 25. Ad sacram Trebell.* aut eos nominibus proprijs expressis substituitur. *L. 24. d. t.*

Eodem

Eodem modo substitutus substituto censetur etiam substitutus instituto. *§. 3. b.* modò de unius hæreditate agatur, nè obstat *L. 47. ff. De vulg. & pupill. subst.*

Quod si testator servum, quem liberum hominem esse si habito credidit, hæredem instituerit, & eidem aliud liberum substituerit, cùm pro utroque militarent rationes, statuit Justitia, ut dividetur inter eos hæreditas. *§. fin. b. t.*

Si pluribus hæredibus institutis sit facta substitutione, an substitutus jus accrescendi potius sit jure substitutionis & distingue, & dic, quando sit si substitutione sit facta generaliter pluribus, affirmativè. *L. pen. ff. b. t.* si nominatim alicui, negativè. *L. fin. cod.* Effectus substitutionis hujus est, quod cessante gradu primo, sit locus secundo, qui cessat, si substitutus præmortuus sit. *L. un. §. In. novissimo. Cod. De caduc. toll.* vel adita hæreditas. *L. 5. Cod. De impub.* & al. *substit.* non etiam, si aliquis suus hæres sit, nisi & hic se immisceat. *L. 44. ff. De re judic.* *L. 2. in fin. b. t.* quia testator filium actu hæredem esse, vel alias substituto locum esse voluit.

TITULUS XVI.

De pupillari substitutione.

Definitur ea esse, quæ fit à parentibus liberis suis im-
puberibus regulariter in casum, quo hæredes fu-
erint, & intrâ pubertatem decesserint. unde & pu-
pillary dicta. hinc mater eam facere nequit, nec pater eman-
cipato filio, aut naturali. *L. 2. L. 45. ff. b. t.* Estque hæc expressæ, *divisio ejus.* alia est tacita, quæ sub expressâ vulgari continetur. *L. 4. ff. L. 4. Cod. b. t.* nisi de alia testatoris voluntate pateat vel expressæ, vel tacite. *d. L. 45. b. t.* Effectus hujus, ut, si filius actu non extiterit hæres, substitutus succedat patri; sin autem extiterit, & impubes moriatur, succedat filio etiam excludendo ma- trem

*Et origo.**exemplaris que, & qui
bus fieri
possit.*

trem instituti impuberis. L. 8. §. 5. ff. *De inoffic. testam. Cap. Si pater. De testam. in 6.*, dummodo *expresē* substitutus fuerit. L. fin. Cod. *De instit. & substit.* Origo autem substitutionis ex jure non scripto descendit, ut, cùm impuberis sibi testamentum facere non possint, parentes eis faciant. *textus hic. & L. 2. ff. h. t.* Ex eadem ratione potest etiam quasi pupillaris, seu exemplaris fieri substitutio liberis cujuscunque sexūs furiosis, mente captis, mutis & surdis, & in sententia Donelli etiam prodigis declaratis a patre & matre, utpote in humanitatis ratione fundata. L. *Ex facto. 41. ff. L. Humanitatis. 9. Cod. h. t.* dummodo substituantur liberi, vel fratres, si qui sint. d. L. 9. quæ substitutio durat, donec resipiscant iij, quibus facta.

Substitutione autem taliter facta unum est testamentum respectu facientis, & duo respectu diversarum hæreditatum. §. 2. b. Quod si quis formidolosus sit, nè is impubes periclitetur, substitutio ea celari potest, ut habetur §. 3. b. Substitutione hæc fieri potest etiam exhaeredato. §. 4. b. dummodo alius instituatur hæres. Ratio prioris est; quia illa in patria fundatur potestate, in qua exhaeredatus est, quamvis ipse, sicut nec substitutus ipsius gravari possit. L. *Cum quidam. Cod. De legat.* habebit autem substitutus bona ea, quæ aliunde filius accepit. Non potest autem ea fieri a patre, nisi & sibi fecerit testamentum priùs, si non ordine scripturæ, saltè, ordine institutionis, est enim pars & seqvula testamenti paterni. §. 5. b. Quod si pater plures habeat liberos impuberis, substituere potest, vel singulis, vel novissimo morienti, quo postremo casu sibi primi invicem ab intestato succedent. §. 6. b. & L. 37. ff. h. t. Potestque rursus fieri vel *nominativum*. v. g. Cajum substituo filio impuberi, vel generaliter v. g. quis quis mihi hæres erit, sit etiam filio meo hæres. ubi recyiritur, ut & *et scriptus & actu extiterit. hæres. §. 7. b.*

An

An substitutus alterutram hæreditatem repudiare pos-
sit? q. si se pupillus immiscuerit, negativè, aliàs, affirmativè, *tus alter-*
L. 10. §. *Filio. ff. h. t.* sic & miles potest substituere in bonis suis *utrā repu-*
cantum. d. L. 10. §. Ad substitutos. & arrogator non, nisi in suis.
d. L. 10. §. 6. propriæ enim impuberis bona ad cognatos perti-
nent. §. 3. *supr. De adopt.*

Finitur autem substitutio primò, pubertate. §. 8. b. se-
quomodo cundò, emancipatione. tertio, corruente testamento patris in-*finitatur.*
totum. quartò, si substitutus moriatur ante impuberem, si
impubes ante patrem.

Ex dictis patet, quod substitutio hæc extraneo non, si-
cum nec puberi fieri possit. §. fin. b. Quod si quis vult bona
sua etiam tunc ad alium pervenire, id per substitutionem obli-
quam, seu per fideicommissum facere debet. d. §. fin. ubi ta-
men in testamento militis verba directa flectuntur in obli-
qua. L. *Precibus. 8. Cod. h. t.*

Est & substitutio, quæ *compendiosa* dicitur; quia sub *compendio*
verborum compendio diversas substitutionum species com-
prehendit, v. g. *filius meus hæres esto, & quandoconque decesserit,*
substituo ei Cajum.

TITULUS XVII.

Quibus modis testamenta infir- mentur?

Testamenta ritè facta aliquando rumpi solent, ali-
quando fiunt irrita. b. *in pr.* rumpi solent per agna-
tionem sui hæredis, vel quasi agnationem, qui se
nec institutum, nec exhaeredatum invenit. §. 1. b. cui hæredi
similis videtur testator, qui factò testamento mortuus divi-
no resuscitatur miraculo; æquum enim est, ut bona recipiat,
qui

q̄ibus eget, non etiam monasterium, q̄od testator post factum testamentum ingreditur profitendo, hoc enim in casibus expressis tantum liberorum loco habetur, inter quos non est iste. Sic & rumpitur testamentum prius per posterius, ritè & legitimè perfectum, ex quo hæres existere possit. §. 2. b. licet is sub conditione propria institutus esset, qvā deficiente morietur intestatus, hæc enim mens ejus fuisse videtur. rumpitur autem testamentum per posterius, licet in eo ex certis tantum rebus hæres institutus fuisse, erit enim is ex aſſe hæres; quod si autem clausulam apposuerit, ut etiam valeat testamentum prius, fideicommissum fecisse & rogâsse censetur hæredem scriptum, ut hæredi in primo testamento scripto hæreditatem restituat. §. 3. b.

Irritum
quomodo
fiat.

& recon-
valescat.

Irritum fit testamentum, si testator eō facto aliquam patiatur capitis diminutionem; quia nemo decedere cum testamento potest, nisi liber, civis, & paterfamilias. §. 4. b. quod licet etiam ruptum dici posset, maluerunt tamen jura distinguere, & quod irrita fiant, dicere. §. 5. b. unde alia sunt irrita, id est, ab initio nulla, alia rumpuntur, alia fiunt irrita.

Irrita tamen facta quandoque reconvalescunt, vel jure civili, ut per jus postliminij, & per restitutionem deportati testatoris plenariam, vel jure prætorio, si testator arrogatus rurus fiat paterfamilias, & declareret se eodem testamento morivelle; tum enim prætor dabit hæredi scripto bonorum possessionem secundum tabulas, nisi sit filius emancipatus præteritus, qui posset petere bonorum possessionem contra tabulas. §. 6. b. t. & L. pen. §. fin. ff. De bon. poss. secundum tab. Dictis modis testamentum vel rumpitur, vel fit irritum, nudâ autem voluntate nolentis valere id; quod ritè factum, non revocatur, sicut nec inchoatione alterius. §. 7. b. revocatur tamen per factum accedens & cassans id, in quo testamentum consistit. L. pen. Cod. De testam. nisi probetur casu factum. L. 1. §. Sed

§. Sed consulto ff. De his, que in testam. delentur. vel cum revocatione lapsus decennij à condito testamento. L. Sancimus 27. Cod. De testam.

In testamento imperfecto si institutus sit hæres princeps, licet hæres esse posset, hæres tamen esse non vult, sicut Ex imperfecto. 3. Cod. institutus De testam. quia licet princeps legibus solutus sit, L. 31. ff. De legib. legibus tamen vivit. L. 4. Cod. De legib. ubi

Obserua, legibus naturalibus & divinis principem solutum non esse, sicut nec positivis ullum, ubi est res publica Aristocratica, vel Democratica; si autem sit Monarchica, tum principem solutum esse ijs, in qvibus non est materia communis, sed ubi princeps prudenter ab omnibus excipitur, est certum; si autem communis sit materia, usicata est distinctio, quod princeps legibus illis solutus sit coactivè, non etiam directivè, id est, princeps non ligatur, ut puniri possit, ligatur tamen, si consideret rectam rationem, qvæ ipsi dictat, quod omnis pars suo debeat congruere universo. Can. Que contra. Dis. 8. qvantò magis & ipsum caput.

TITULUS XVIII.

De inofficioſo testamento.

Non tantum ipso jure, ut dictum, infirmari solet testamentum, sed etiam per sententiam officio judicis, si testamen- factum, quale est, in quo parentes sine justa causa exhæredant, Connexio. vel prætereunt liberos. In pr. b. t. sicut & è contra, in quo liberi prætereunt parentes turbato mortalitatis ordine. §. 1. b. & L. 15. ff. b. t. & tandem id, in quo frater vel soror, fratri vel sorori, germanis, aut consanguineis, ijs præteritis, in testamento præfert personam turpem, id est; infamiâ, seu juris, seu fa-

Eti, ex proprio facto' resultante, notata m. d. §. i. & L. Fratres. 27.
Cod. b. t. nisi frater eadem infamia labore. arg. L. In arenam.
ii. Cod. b. t. Alij amici melius facturi sunt, si se sumptibus in-
anibus non vexent, cum obtinere spem non habeant. L. i. ff.
b. t. Dictum sine causa; quia i. 4. sunt causæ, ob quas parentes
exhæredare & præterire possunt liberos, contentæ in Novell.
us. Cap. A iud quoque. 3. & expressæ his versibus:

causa ex-
hæredandi
liberor.

Bis septem ex causis exhæredari filius esto.

Si patrem feriat, vel maledicat ei,
Carcere detrusum, si negligat, aut furiosum,

Criminis accuset, vel paret insidias,

Si dederit damnum grave, si nec ab hoste redemit,

Testari vœ vetet, se societ vœ malis.

Si mimos sequitur, vitiœ vœ cubile paternum,

Non orthodoxus, filia simeretrix,

Sic & octo sunt causæ, ex quibus à liberis exhæredari
possunt parentes, quæ recensentur in d. Novell. us. Cap. Ju-
stum. 4. unde versus:

Ast pater ex septem, si nati spennat honorem,

Hunc accusabit, dira venena dabit.

Testari vetat, aut uxorem diligit ejus,

Nec redimit captum, dum furit, odit eum.

Octava est, si parentes sibi venenum dederint.

Sunt & tres causæ, quibus à fratre fratri turpis præferri
potest persona, quæs lege in Novell. 22. Cap. 47. De nupt: his ver-
sibus expressas:

fratres.

Ast à fratre tribus, frater depellitur: ut se

Arguit hunc sceleris, vel struit insidias,

Vel si jacturam rerum sibi moverit unquam,

Juranibil fratri gratificare volunt.

Ut ex alijs, quæm' his probabilius fieri non possit exhæ-
redatio, tum; quia in dictis textibus verba taxativa sunt ad-
dita,

dita, tum etiam; qvòd in poenalibus non procedat argumen-
tum à similitudine, vel majoritate rationis desumptum. gloss.
in Cap. In pœnis. 49. De reg. jur. in 6.

Una ex his causis necessariò olim exprimenda non an causa
erat. per L. Liberi. Cod. b. t. hodie sic. per d. Novell. us. qvæ ta- necessariò
men expressio tantùm ad facilius removendam de inofficio exprimen-
só querelam reqviritur, non etiam ad testamenti valorem, ut da.
probatur per L. Inter cetera. ff. De liber. & postb. quæ correcta
non est, imò confirmata, cum d. Novell. dicat, ex tali testamen-
to NB. evacuato adhuc valent legata & fideicomissa. Di-
citur autem nullum liberis generari prejudicium, si causa expref-
sa non sit; qvia semper rescindent testamentum per quere-
lam, licet etiam ingratifiuerint. Cum autem d. Novell. De
testamento parentum & liberorum duntaxat loqvatur, vi-
detur in testamento fratrum jus vetus, qvòd expressionem
causæ non reqvirit, sicut & ut frater probet se ingratum non
fuisse, manere salvum.

Quod si quis aliquem exhæredare velit, ut exhæredet, exhereda-
nominatim ab omnibus gradibus, purè & à tota hæreditate,
necessitè est. L. 3. §. i. 2. 3. De liber. & postb. hared. instit.

Contra testamentum inofficium datur querela, quæ
est remedium subsidiarium certis competens personis, per
quod implorato officio petere possunt, ut is testamen-
tum, utpote contra pietatis officium factum ex officio suo
reficiat, & hæreditatis petitionem conjungat, ut hæreditas
ei adjudicetur. Dicitur *subsidiarium*, hinc præteritis, suo,
emancipato, posthumo, filio arrogato impuberi non datur;
primus enim dicit testamentum nullum; secundus habet
bonorum possessionem contra tab. tertius rumpit, quartus pe-
tit quartam Pianam. §. 2. b. t. patri tamen præterito, qui
emancipavit, datur ut patri querela, & ut emancipanti bono-
rum possessio contratab. I. fin. Cod. De emancipat. liber. Datur
autem

autem querela, ab adita hæreditate. L. 12. §. Ex testamento. ff. De bon. libert. intrâ qvinquennium. L. pen. §. Illud. Cod. b.t. effectus que contra hæredes scriptos qvo scunque, etiam causam piam, arg. rete qui. L. 1. §. Ad municipium. ff. Ad leg. falcid. Effectus querelæ olim eversio testamenti totius. L. 6. §. pen. ff. b. t. hodie institutio- nis tantum. Novell. 115. Cap. Aliud quoque, in fin. & Cap. Ju- sum. §. 9.

Cessat querela pluri- bus modis. Cessat in effectu querela, si aliud sit remedium, si la- plum ab adita hæreditate qvinquennium, si ex hæredatio vel præteritio legitimè facta, si querelare valens, cā non præpara- tā mortuus. L. 6. 7. ff. b. t. excipe casum in L. 34. Cod. b. t. si ex- pressè vel tacitè repudiata. v. g. petendo legatum. L. 12. ff. b. t. nisi petat ex officio, ut in §. 4. s. & in L. 5. §. Advocatum. ff. De his, quæ ut indignis auf. item cessat, si testator querelare vo- lenti reliquerit, olim qvidem totam legitimam qvocunque ti- tulo. §. fin. b. L. 8. §. 8. Cod. b. t. postea licet non tota relinqua- esset, modo additum, ut defectus suppleretur. §. 3. b. t. tandem, licet id non additum, data est actio ad supplementum. L. 30. Cod. b. t. item Novell. 18. de jure autem novissimo aliquid re- linqui debet titulo institutionis. Novell. 115. Cap. Aliud quoque titulus enim iste & honorabilior, & ob jus accrescendi utilior.

legitima quid. portio qua. Legitima autem est portio qvædam portionis ab in- stato debitæ, qvæ olim erat quarta, hodie triens minimum, per Novell. 18. unde versus:

Quatuor, aut infrâ dant natis iurâ trientem.

Semissim verò dant natis quinque, vel ultra.

Arbitrium sequitur substantia cetera patris.

relinquenda absque onere. Relinquenda est purè & absque gravamine, qvōd si ap- ponatur, habetur pro non adjecto. L. 30. 32. Cod. b. t. licet in- vivis etiam dari possit. L. 56. §. fin. ff. Ad L. falcid. qvo casu, si ante mortem dantis adhuc augeantur bona, etiam augmen- tum peti poterit. L. 35. §. 1. Cod. b. t. sicut & si augmentum post mor-

mortem accedens habeat causam de præterito, ut in L. 43. L. 56. §. 1. ff. Ad Leg. falcid. Debetur ista legitima cum qvo ad qvan- titatem, cum qvo ad se jure tantum positivo, arg. L. 9. L. 24. Cod. b. t. qvamvis alimenta debeantur jure naturæ.

TITULUS XIX.

De hæredum qualitate, & differentia.

Hæres alias necessarius, alias suus & necessarius, alias ex- trancus b. in pr. Necessarius, qui, sive velit, sive nolit, triplex. sit hæres. §. 1. b. L. 57. ff. De acquir. hæredit. qualis est ser- vus proprius, si instituatur, & in eadem causa maneat, sicut qui? institui solet, dum testator facultates suspectas habet, qui in- stitutus acqviret libertatem, & ultra vires hæreditatis non- tenetur, modò impetraverit separationem bonorum, quæ est bonorum hæreditariorum ab alijs discretio auctore præto- refacta. L. 1. ff. De separat. bon. Suus & necessarius est, qui proximum in patria potestate mortis, vel delatæ hæreditatis tempore habet gradum (& indè suus quasi domi natus, sui- tas enim continuationem dominij necessitatēmque institu- tionis, vel ex hæredationis inducit) & sive nolit, sive velit, fit hæres. (& hinc necessarius dicitur) dat ei tamen prætor beneficium abstentionis. §. 2. b. Extraneus, qui potestati te- statoris subditus non est, vel si sit, non est in gradu primo. §. 3. b. qui alienus à suitate dicitur, sicut alij à filiatione, ab agna- tione, vel etiam cognatione alieni sunt. Extraneus hæres' testamenti actionem saltēm passivam & conditi testamenti, & mortis, & aditæ hæreditatis tempore habere debet; inter- medio tempore statū mutatio non nocet. §. 4. b. Quia hæ- reditas nociva esse potest, competit hæredi etiam jus deliberan- di per 30 annos, nisi ad instantiam aliorum dies creationis' juxta L. 2. 4. s. ff. De jur. deliber. vel aliud tempus assignetur, qvo

Extraneus qui, & quo duplex?

heredibus datum jus deliberandi

inventari-
um quid.

qvo lapsō, habebitur pro eo, quod ei deterius. L. fin. §. pen.
Cod. d. t. unde securius est *inventarium*, seu descriptionem omnium bonorum defuncti citatis ijs, qvorum interest, facere, secundūm formam Justinianæ constitutionis *in d. L. fin.* q̄o casu ultra vires hæreditatis non tenebitur; sibi debita detrahere, creditori prius venienti solvere, & aliud pro alio dare potest, & pendente confectione conveniri nequit regulariter, cūm eo non facto, nè qvidem legitimam detrahere possit, & omnia debita & legata solvere debeat in solidum in foro exteriori; quia est præsumptio juris & de jure hæreditatem esse solvendo. d. L. fin. nisi hæres sit miles, fiscus, vel Ecclesia.

acquiritur
hæreditas
verbo vel
facto.

Acquiritur hæritas *verbo*, vel *facto*, se scienter pro hærede gerendo, purè non sub conditione. L. 5. §. fin. ff. *De ac-
quir. hæredit.* sive suus sit, qvi se immiscere, sive extraneus, qvi adire dicitur. unde mutus, surdus, non etiam furiosus, nisi per curatorem, eam acquirere potest. L. 5. L. 63. ff. d. t. Iisdem etiam modis repudiatur. L. 95. d. t. etiam facto, ut in L. 17. §. 1. L. 77. d. t.

effectus
ditionis.

Effectus aditæ hæreditatis est, quod omnia commoda & incomoda ad hæredem transeant, quæ non transeunt, si repudiata. L. 1. *Cod. d. t.* ut pœnitere nequeat. L. 4. ibid. regulariter, casus enim exceptus *in L. fin. Cod. d. t.* & *L. 6. in fin. ff.*

Ad Sctum Treb.

TITULUS XX.

De legatis.

connexio.
Legatum
quid.

Cum in testamento relinqvantur legata, ideo de ijs hic in pr. *Legatum* strictè & pro actu sumptum dicuntur. donatio quadam à defuncto relicta. §. 1. vel juxta L. ns. De legat. 1. delibatio hæreditatis, qvā testator ex eo, quod universum

versum hæredis foret, alicui qvid collatum vult; siebat olim, siebat olim, vel per vindicationem, vel damnationem, vel finendi modum, vel præceptionem, & diversæ erant formulæ, & diversæ competebant actiones; verūm solennitas verborum sublata. L. 22. *Cod. b. t.* & hodie competit legatatio, ut domino civili, realis, ut creditor, ex quasi contractu personalis ex testamento, & pro securitate etiam hypothecaria actio, suat enim res defuncti tacite eidem hypothecatæ à Justiniano *in L. 1. Cod. Comm. de legat.* & *fideicomm.* & §. 2. b. qvi etiam *in L. 2. d. t.* & §. 3. b. legata fideicommissis particularibus qvoad effectum exæqvavit, nisi alia sit testatoris voluntas.

Legari potest res & testatoris, & hæredis, & aliena, ut Quæres
eam hæres emat, & præstet, vel communem ejus æstimatio- legari
nem, modò testator id sciverit, qvod probare legatario regu- posse.
lariter incumbit. Si res in commercio non sit, nè quidem
æstimatio debebitur. §. 4. b. idem si legatarius commercium
ejus non habeat ex delicto, secùs si per accidentis. DD. ad L. 40.
De legat. 1. Si res oppignorata sit legata, regulariter luet hæres,
§. 5. quod si aliud onus rei legatæ adhæreat, hoc una transit in
legatarium. L. 16. §. fin. *De legat.* 1. nisi ususfructus sit alterius;
hunc enim hæres redimet, ut rem cum utilitate præstet. L.
Meivius. 66. §. pen. *De legat.* 2. Rei alienæ legatæ, si legatarius
fiat citius titulo lucrative dominus, legatum extinguitur; duæ cause
duæ enim causæ lucrative in eandem rem & personam dire- lucrative
ctò concurrere nequeunt. §. 6. b. si eadem res in specie in duo in perso-
bus testamentis eidem legata sit, interest, an ex primo rem, nam & rem
anæstimationem habeat; prior enim casu, nihil: posteriori- non con-
ad huc ex secundo rem petere poterit. d. §. 6. ut defuncti vo- currunt.
luntas impleatur.

Neque tantum res extantes; sed etiam futuræ legari, res future
possunt, quæ debentur, si extiterint. §. 7. b. legatum enim, legari
quoad transmissionem adhuc purum erit. L. 8. §. fin. ff. *De con- possunt.*
dit.

dit. instit. Si dubium, an res extet, hæres legatario cavebit. d.
 §. 7. Eadem res pluribus, seu conjunctim legari potest; est enim conjunctio duorum, vel plurium, ab uno eodemque, ad unam eandemque rem facta vocatio, quæ spectatis verbis, alia realis dicitur, dum per diversam (unde disjuncti dicuntur) alia verbalis, dum per eandem orationem datis: vel mixta, dum non datis partibus eadem res relinquitur. L. 89. *De legat.* 3. L. Triplici. 142. *De V. S.* qvibus casibus, cùm legatarij à parte rei in re legata habeant solidum, ideo concursu primò veras partes faciunt & scindunt legatum; sin autem unus non concurredit, portio illa accrescit alijs. *est enim jus accrescendi, quo portio vacans cedit occupata, vel iure retinenda partis ejus, qui non concurrerit, vel si ususfructus legatus, etiam concurrere desit.* cui juri locus inter cohæredes ex testamento, nè paganus testatus & intestatus decedat, contra L. 7. *De R. f.* item, ab intestato, nè hæreditas individua pro parte acceptetur. L. 1. 2. ff. *De acquir. hered.* sicut & inter bonorum possessores. §. antepen. infr. *De bon. poss.* sicut & collegatarios. §. 8. b. & L. un. *Cod. De cad. toll.* ex præsumpta testatoris voluntate, sive realiter vel mixtim, sive verbaliter tantum conjuncti sint, ut probatur ex L. Triplici. *De V. S. L. Re conjuncti.* 89. *De legat.* 3. L. 16. §. fin. *De legat.* 1. L. 6. 7. *De reb. dub.* qvia & tales, ut dictum, à parte rei in re legata adhuc habent solidum, quo observato, facile leges plurimes opponi solita solvuntur; in reliquis, vel non est conjunctio, vel non sit cum conjunctione tali, sed casu alio comparatio. Qvamvis autem in omni conjunctione portio deficiens accrescat, non tamen eodem modo, nam in reali accrescit necessariò, & sine onere, in alijs tantum volenti; sed cum onere. d. L. un. *De caduc. toll.* deficit vero pars, quia quandoque pro non scripto habetur, vel cadit in causam caduci, vel fit caducum, ubi in casibus postremis olim affirmativa regula locus erat: *qui non admittitur ad partem, facit partem alteri.*

hodie

hodie indistinctè negativæ: *qui non admittitur ad partem, non facit partem alteri, locus est.*

Si plures conjuncti sint in oratione, v.g. re & verbis, & si plures dire tantum, & unus re conjunctus deficiat, accrescit medietas verisimile conjuncto re, & medietas conjunctis re & verbis: Sin mixtim conjunctus deficiat, pars ejus mixtim conjuncto soli propter duplex vinculum accrescit; idem dic, si verbis conjunctus. d. L. 89. *De legat.* 3.

Differt autem in proprietate, & in usufructu pluribus *Differt jus accrescendi* legato jus accrescendi, quòd in priori concursu semel facto mox cesset, non in posteriori. L. 1. §. Interdum. ff. *De usufr. ac. in proprie- cresc.* item in priori accrescat pars vacans partem habenti, sal- tate & usufructu virtualiter: in posteriori personæ. L. 10. d. t. in propri- tate servo communi legata respectu domini locum non ha- beat. L. 20. *De legat.* 2. in usufructu habeat. L. 1. §. 1. *De usufr. accresc.*

Si legatarius proprietatem fundi alicui legati vivo te- *Casus S. 9.* statore emerit, & ususfructus ad eum sine pretio pervenerit, b. t. posset mortuo testatore æstimationem fundi, quem onerofo titulo possidet, petere, sed officio judicis incumbit, ut pro- prietatis tantum æstimatio ei detur. §. 9. b.

Res legatarij, eidem purè legari non potest, neque valebit, si legatarius vivo testatore eam alienet. §. 10. b. ob regulam rj ei pure Catonianam: ut L. 1. §. 2. *De reg. Caton.* de re sub conditione, legata intelligendus sit, ubi regula illa locum non habet, & quicquid eventus conditionis inspicitur. d. L. 1. in fin. sic etiam valebit legatum, si testator vel tertius pignus in ea re habuerit, vide- tur enim testator remisisse, vel exolyi voluisse. L. 80. *De legat.* 1.

Si quis rem suam leget, alienam esse purans, valet legatum; quia plus valet, quod in veritate est, quam quod in opiniione. §. 11. b. quod procedit si opinio non pugnet cum voluntate legate cum.

tate, ut hie, unde secus se haber *in L. 15. ff. De acqvir. hared.* sic etiam valet, si putavit esse legatarij, & non sit; quia exi-
tum voluntas defuncti habere potest, unde adimplenda,
d. §. 11.

quando re- Si testator rem suam alteri pure legata m adhuc in vivis
voceatur le- alienet animo adimendi, nihil debetur. *§. 12. b. animus auten-*
gatum ali- adimendi præsumitur, si liberaliter citra necessitatem alienâ-
enando. rit, neque reconvalescet ex hoc solo, si vivus adhuc eam rede-
merit. *L. 15. ff. De adim. legat.* sub conditione legata res & alic-
nata indistincte & facilius revocata censemur. *L. 6. De legat. 1.*

liberatio Parce alienata, debetur indistincte altera, sicut & debetur to-
ta, si res tantum oppignoretur. *d. §. 12. res, quæ est legatarij, ipsi*
legari potest, si eam testatori debeat, legatur enim liberatio à
debito. *§. 13. b. quo tamen casu ipso jure non liberatur;* sed
tueri se potest per exceptionem, vel etiam petere potest, ut
liberetur per acceptilationem, nisi correum habeat.

& dilatio Sic etiam dilatio legari potest. *d. §. 13. è contra etiam*
legari potest.
item dos à debitor creditori legare potest id, quod debet, si aliquid plus
marito sit iu. legato, quam in debito. *§. 14. b. L. 28. 29. De legat. 1.* licet
uxori. testatore vivo plus esse desinat. *d. §. 14. L. 5. Ad leg. Falcid.* & sic
rejicitur opinio Pauli *in L. 82. De legat. 2.* Eodem modo ma-
ritus uxori dotem telegare potest; quia plenior est actio pro
legato, quam pro dote. *§. 15. b. statim enim peti potest, expen-*
species le- sa factæ & pacta onerosa censeatur remissa. *L. 1. L. 6. ff. De do-*
gata legatz tepralegat. si dos sit legata & nulla marito data, interest, an
simpliciter dos, an expressa quantitate legata sit, posteriori
casu legatum valet, non priori, nisi instrumenta dotis quanti-
tatem exprimant, *d. §. 15. & L. fin. Cod. De fals. cauf.*

rioperit. Si res in specie legata sit & periret sine facto hæredis,
legatario perit, *§. 16. b. quia interitus speciei creditori nocet.*
dicitur species; quia genus non perit; dicitur sine facto; quia fa-
ctum, vel culpa nocet culpo, tenetur autem culpam præsta-

reprodiversitate casuum etiam minimam. *arg. L. 23. ff. De reg. jur.*

Si tamen servus hæredis legatus sit tertio, & hærescum Legatum
manumiserit, etiam ignorans hoc, æstimatio debebitur. *d. §. extingui-*
16. quia plenissimè voluntatem implere debet. Sicut interi-
tu, ita etiam mutatione rei, legatum extinguitur, v. g. si quis
servum, ut certi officij gnarum leget, & postea ad artificium
eum transferat, non tamen est contra *L. 65. De legat. 3.* idem,
si legata domus. v. g. voluntate testatoris destruatur. *L. 88. §. 2. De legat. 3.* quamvis auro legato, si ex eo Scyphus sit factus,
præsumptive adhuc debeatur, non etiam, si ex lana legata ve-
stis. *d. L. 88. in pr.* sic & area legata debetur unâ cum ædificio
ei postea imposito. *L. 39. De legat. 2.* secus est, si ususfructus
area legatus, & sic intellige *L. 51. chor. 70. §. pen. De legat. 3.*

Rebus pluribus eidem legatis, unâ pereunte, adhuc unâ re
debentur aliae, nisi se habeant per modum accessorij & verbis gatâ per-
& naturâ, v. g. legatus sit servus cum peculio: secus si servus & cunte, an
peculium, aut ancillam cum natis. *§. 17. b. t. sic legato fundo debeat*
cum instrumentis, pereunte fundo, instrumenta non deben-
tur, legato autem fundo & instrumentis, vel instructio, adhuc
debentur ea, quæ habentur, ut fundus magis instructus sit, &
sic *d. §. 17. cum L. 5. ff. De fund. instr. combina;* est autem in-
strumentum apparatus rerum diutiû mansurarum, sine quic-
cum exercei nequit possessio. *L. 12. in pr. d. t.*

Neque corpus tantum uno spiritu constans; sed etiam
distantibus inter se capitibus legari potest, v. g. grex, quo ea-
su augmentum, vel decrementum ante mortem testatoris le-
gatario cedit & decedit, adeò ut una superstes ovis adhuc de-
beatur. *§. 18. b. quamvis legatus ususfructus gregis pereat,*
si 10. oves non supersint. *L. fin. Quib. mod. ususfr. amitt.* Idem
dic de legato corpore, quod constat cohærentibus inter se par-
tibus v. g. domo, *§. 19. b.*

*peculio
legato
quid.* Peculium servi legatum alicui, etiam augmentum & decrementum admittit, quod si contingat ante mortem testatoris, legatario indistinctè prodest vel obest, cùm tempore mortis dénum legati dies cedat. Si post mortem fiat, idem dic, si servus proprius sit legatarius; quia ei cedit legati dies ab adita hæreditate. Sin extraneus, non nisi augmentum ex ipsis rebus peculiaribus proveniat. §. 20. b. Differt etiam, an servus in vivis, an in ultima voluntate manumissus sit: in priori casu præsumitur ei donatum peculium; secùs in posteriori. d. §. 20. magis enim videtur dilexisse illum, quam hunc. Neque corporales tantum, sed etiam incorporales res legari possunt; sic legari potest obligatio tertio, quam quis habet. §. 21. b. quo casu cedet hæres actionem legatario, qui debitorem directâ, cedentis nomine, utili, nomine suo convenire poterit. L. 18. Cod. De legat. si tamen testator adhuc debitum exegerit, legatum perit, nisi alio animo facta lega- fata lega- rri possunt. Facta quoque legari possunt. v. g. heres meus Tito domum extruxi, ut dicitur in fine d. §. 21. Res non tantum in specie; sed etiam in genere legari potest. §. 22. b. *genui quid,
& quo-
plex.* Genus autem dicitur id, quod naturam suam communicat pluribus. estque aliud generalissimum, aliud subalternum, aliud infimum apud Juris consultos, quod Philosophi vocant speciem. v. g. homo, & hoc, vel à natura designatos habet fines, vel factio hominis, vel quantitate. Dum igitur in genere legari posse dicitur, intellige non generalissimum, vel subalternum, quia nimis generalem significationem habet; sed infimum regulariter. L. 37. L. 108. §. 2. De legat. i. modò nec hoc, si res in bonis testatoris non sit, nimis generalem significacionem habeat. ut in L. 71. infin. pr. De legat. i. Legato autem genere, electio est legatarij. §. 22. b. qui civiliter, id est, mediocre cli-

eliger, nisi duæ tantum species sint. d. L. 108. §. 2. aut testator, vel expressè vel tacitè electionem hæredi reliquerit.

Optio quoque ipsa, seu electio legatario legari potest. *optio lega-* §. 23: quo casu eligere potest optimum. L. 2. ff. De opt. legat. & ri potest. olim, nisi ipse optatus, legatum peribat, hodie adhuc hæres' legatarij eligere potest, sed civiliter tantum. Si plures sint, & in re eligenda dissentiant, fors dirimet, cuius votum prævalere debeat; est autem fors casus fortuitus ad faciendum. *fors quid,* quid, secundum ejus eventum, vel ad occultum quid cognoscendum, quæ, vel divisoria, & regulariter licita, vel consulaire, & regulariter prohibita, vel divinatoria, & semper illicita.

Actum de rebus, quæ legari possunt, sequitur de perso- *Quibus le-* nis, quibus legari potest? & v. g. Omnibus, cum quibus te- gari possit, stamenti factio saltē passiva est. §. 24. b. alimenta tamei- etiam incapacibus relinqui possunt. L. 18, cui. ff. De alim. legat. Incertis personis, id est, ijs, de quibus testator interrogatus, non potest dicere, quæ sint, legari olim non potuit. §. 25. b. quia certum testantis debet esse consilium, nisi pauperibus. L. 24. Cod. De Episcop. & Cleric. vel incertæ, sub demonstratione certa relictum. d. §. 25. vel adhuc ante mortem certificata esset. L. 14. ff. De reb. dub, quod adeò verum, ut nec libertas valeret. d. §. 25. quamvis exoluta repeti non possent, ibidem, sic nec posthumo alieno à patria potestate legatum relictum valebat. §. 26. b. quamvis posthumo alieno à suitate post legem Gallus relictum valuerit, & sic intellige §. 28. b. omisis alijs combinationibus, dixi olim; quia Justinianus vult id valere, & in legatis, & in alijs, maxime si persona cum tempore certificetur. §. 27. b. licet seculis se habeat in dando tutori, cùm iudicio certo debeat quis pro tutela posteritati sua caveret. d. §. 27. Error in nominibus legatarij, modò de persona constet, legatum non vitiat. §. 29. b. t. L. Si nomine. Cod. De testam. no- *error in-
nomine le-* gatarij legatum non vitiat.

mina enim significandorum hominum gratiâ reperta, quisi
alio intelligantur modo, nihil interest; idem si erretur in
nomine rei legatae, modò non sit in nomine appellativo. L. 4.
Delegat. i. nisi & hoc à civili impositione originem habeat,
vel affinitatem cum altero. Sic chartarum nomine etiam
veniunt libri. L. *Librorum.* 52. §. 4. *De legat.* 3. Sicut error,
nec falsa demonbra-
tio. ita & falsa demonstratio, seu major rei legatae adjecta designa-
tio, non vitiat. §. 30. h. habetur enim pro non adjecta. L. 1. ff.
De dot. *prelegat.* nisi legata quantitas, quæ non extat. L. *Sed si*
certos. 51. *De legat.* 1. Sic & falsa causa adjecta non nocet. §. 31. h.
quia legatum est donatio causam non reqvirens, nisi probe-
tur vi causæ illius præcisè legâsse. L. 72. §. *Falsum.* ff. *De condit.*
& demonstrat. vel per conditionem, expressa sit. L. 17. §. *pen.*
Causa, &
modus quid
d.t. *Causa* vero est ratio legandi in præteritum, sicut *modus*
servo here-
du purè le-
gari negrit in futurum relata, qui per ut exprimitur. Si quis instituat
hæredem dominum alicujus servi, tunc servo ejus pure nihil
legare potest. §. 32. h. quia esset idem debitor & creditor, con-
tra L. 75. ff. *Defolit.* nec prodest, si servus testatore vivo alic-
netur; quia tunc obstabit illi regula Catoniana, quamvis è
contra, si servus domini instituatur hæres, dominolegari
possit. §. 33. h. reqviritur enim ad aditionem jussus domini,
unde, vel hæreditatem per servum acceptare potest, & evane-
scet legatum, vel, si malit habere legatum, poterit alienare,
vel manumittere servum, à quo hærede postea petet le-
gatum.

elim ordo
scripturæ
obseruatis
bedie non.

Olim institutio hæredis tanquam fundamentum ordi-
ne scripturæ præponi debebat, hodie non item: quia magis
spectatur voluntas. §. 34. b. sic & hodie legatum valet post mor-
tem hæredis, vel legatarij relictum. §. 35. sicut & si pœna seu
coercendi hæredis causâ fiat, adimatur, vel transferatur. §.
fin. h. an autem pœna nomine, an sub conditione factum, ex
voluntate testatoris colligendum. L. un. *Cod. De his,* que pœn.
caus.

caus. Quod si adjectum turpe vel impossibile sit, cùm hic
apponatur gravato, viciatur legatum, secùs si apponatur ho-
norato, tunc enim viciatur adjectum. §. *Impossibilis.* suprà De-
bared. *instit.*

TITULUS XXI.

De ademptione legatorum, & transla- tione.

Cùm ad extremum usque spiritum ambulatoria sit ho-
minis voluntas. L. 4. ff. h. t. ideo etiam legatum modo adi-
rursus adimi potest, vel expresse hic in pr. vel tacite, mantur.
V. g. per inimicitias supervenientes, defectum conditionis,
voluntariam rei legatae alienationem, sicut & destructâ, dis-
solutâ, vel mutatâ re ex voluntate testatoris.

Translatio autem est legati ab uno in alterum, vel in alium Translatio
modum collatio, fit enim vel de persona in personam. §. 1. h. quid? si
vel de re in rem, vel de gravato ad non gravatum, vel de puro *per modis.*
ad non purum, vel è contra, si legatum ab uno, qui capax est,
transferatur ad incapacem, valet adhuc ut ademptio. L. 20.
24. §. 1. ff. h. t.

TITULUS XXII.

De lege Falcidia.

QVIA legatis saepius exhaustebantur hæreditates, ideo
hæres adire recusabat. unde cavit Lex Furia, nè cui Lex Furia
ultra 1000. asses legari possent. item Voconia, nè quid. item
plus relinqveretur legatario, quam hæredi; sed Voconia.
cùm neutra plenè prospiceret, unde lex Falcidia statuit, nè
quis ultra dodrantem legaret, & si plus legasset, id hæredi de-
tra-

trahere liceret, bīc & L. i. ff. b. t. quod introductum in favorem testatorum in genere, nē morerentur intestati. unde & hæc lex ad legata ab intestato, donationes mortis causā, & eas, quæ morte confirmantur, postea fuit extensa. L. 5. 10. 12. Cod. b. t. sicut & fideicommissa particularia. L. 2. Cod. cod.

equaliter & inaequaliter gravati quo modo succedant.

Si plures instituti sint hæredes, interest, an æqualiter, an inæqualiter gravati sint: si æqualiter, omnes unā quartam totius hæreditatis habebunt in fin. pr. si inæqualiter, qvilibet habebit quartam respectu portionis suæ. §. i. b. quod si portio gravata accrescat non gravatæ, adhuc ab illa quartam detrahet, non etiam, si non gravata accrescat gravatæ. L. 72. 78. ff. b. t. quia hoc casu lucrum habet. In ineunda verò ratione legis falcidiæ quantitas patrimonij spectatur, quæ est tempore mortis, tum enim cedit legatorum dies, ut augmentum hæreditati superveniens postea, legatarijs non proficit, nec obicit decrementum, nisi hæres eam non adeat, vel paciscatur. §. 2. b. Antequam autem ratio falcidiæ ineatur, deducitur primò æs alienum. §. fin. b. & L. 14. ff. b. t. etiam hæredi debitum, L. 6. Cod. cod. secundo, funeris expensæ congruenter factæ. tertio pretia servorum manumissorum, vel ex SCto Syllaniano supplicio affectorum. §. fin. b. L. 1. §. 4. ff. b. t. Cestiat autem hæc detractio ex privilegio in testamento militis. L. 1. Cod. b. t. facto testatoris, si testator eam expressè prohibeat, hodie Novell. 1. cap. 2. vers. si verò expressim, aut æquivalentem quartæ hæres accipiat. L. 24. ff. b. t. facto hæredis, non confessio inventario. L. fin. Cod. De jur. delib. item solutione scienter facta L. 1. Cod. cod. sicut & in dote & libertate legata. L. 81. §. 1. ff. b. t.

*Quæ de-
trahantur
ante fal-
cidiam.
detractio
falcidie
cessat.*

TITULUS XXIII.

De

De fideicommissarijs hæreditatibus, & ad SCtum Trebellianum.

Fideicommissum est species ultimæ voluntatis, qvā verbis obliquis alicui relinqvitur aliquid, vel singulare, quod particularē: vel hereditas, vel ejus portio, & universale dicuntur, & hoc casu, hæres gravatus, fiduciarius, alter fideicommissarius nominatur: dictum sic, quod res alterius fidei committatur. §. i. b. unde olim ex necessitate non praestabatur, donec D. Augustus, ut officio judicis compellerentur, statuisset. d. §. i. hodie pro particularibus tres competunt actiones, sicut pro legatis: pro universali verò potest fideicommissarius petere, ut fiduciarius cogatur hæreditatem adire, & fideicommissario restituere: si sponte adierit, competit actio personalis ex quasi contractu. Restitui autem potest, vel verbo, & tunc ei dabatur triplex actio: vel re, vel patientia, & actionibus non eget. Qvamvis autem non possit hæreditas relinqvi per fideicommissum ei, cui non potest directè, hodie L. 1. Cod. De heredib. instit. utilitas tamen est in eo, quod hoc modo etiam possit relinqvi ex tempore certo, & ad tempus certum, qvamvis directè ita relinqvi nequeat. §. 9. supr. De heredib. instit. Ratio; quia in nostro casu hæres fiduciarius qui semper manet hæres, is verò, cui restituitur hæreditas, aliquando legatarij partiarij, aliquando emptoris loco habebatur. §. 3. b. Hæredis loco, si ex SCto Trebelliano (quod statuit, ut actiones fideicommissario, & in eum pro rata darentur, intellige utiles) restitutio facta esset. §. 4. b. quo SCto cum necdum prospectum esset, si hæres totam, vel penè totam rogatus esset restituere hæreditatem, latum est SCtum. Pegasi. Pegasi, in quo cautum primò, ut fiduciarius posset detrahere quartam Pegasianicam, quā detractiā penes eum omnia manebant onera. nē id fieret, cautum secundò, ut interponet

poneret stipulationes partis & pro parte: quibus interpositis fideicommissarius instar legatarij partiarij erat, id est, ejus, cui legata esset hæreditatis portio. tertio, si in casu isto hæres sponte hæreditatem adiisset, & restituere vellet, nè penes eum onera manerent, interponeret stipulationes emptæ & vendite hæreditatis. quartò, ut nolentem adire, posset fideicommissarius cogere, quo casu ipso jure onera in cogentem transirent. §. 5. b. hinc si quis rogatus erat restituere non ultrà dorançem, locus erat Trebelliano. si ultrà, Pegasiano SCto. §. 6. b.

Pegasia-
num cassa-
wit Justi-
nianus.

Imperator Justinianus Pegasianum sustulit, primo & quarto capite translato in Trebellianum, ex quo hodie hæres, ut adeat, compelli, & quartam, quæ Trebellianica dicitur, si non coactus adiérat, detrahere potest, oneribus ipsoj re transiuntibus pro rata in fideicommissarium. §. 7. b. habent autem dicta locum in hærede etiam instituto in partem & rogato restituere illam. arg. L. Que de tota. 70. De reg. jur. & §. 8. b. In hanc autem quartam imputare etiam debet hæres ea, quæ titulo prælegati à testatore accepit, adeò, ut, si legatum hoc quarta æqvivaleat, eò contentus esse debeat, cum hac tamen differentia, ut, si eam habeat titulo legati, tunc ad nulla teneatur onera; secùs si titulo hæredis; unde fideicommissarius in casu priori debet esse cautus, an hæreditatem acceptare expediat. §. 9. b. Cùm fideicommisso hæres etiam ab intestato grayari possit. ideo dicitur. §. 10. b. quod etiam tunc SCto. Trebelliano locus sit. Sed, quid si fideicommissarius hæres rursus fideicommisso gravatus sit, an & hic Trebellianicam detrahere possit? & negat. §. 11. b. quia cessatio, cùm jam sit hæres, casus exceptus, si hæres fiduciarius in gratiam fideicommissarij eam non detraxerit. L. i. §. Inde Negratus. 19. ff. Ad SCto. Trebell. uti & falcidiam detrahere poterit, si is hæredem fiduciarium legatis gravatum adire coegerit.

rit. L. 23. §. 1. d. t. Qvæstio, si filius gravatus sit fideicommisso, an & legitimam ut filius, & Trebellianicam ut hæres, detrahere possit? & jure civili legitimam tantum. L. 8. §. 15. ff. De inoff. testam. L. Jubemus. Cod. h. t. Jure canonico utramque. Cap. Raynulus. Cap. Raynaldus. & De testam.

Fideicommissum afferens id probare debet per testes septem, si in testamento solenni; per quinque si in codicillis relictum sit. §. fin. b. L. fin. Cod. De codicill. Quod si gravatus absolute id relictum neget, potest alter, præstito priùs calumniæ juramento, illi deferre juramentum, ut juret relictum non esse, quo vel jürare, vel fideicommissum præstare debet. nec audiatur postea, dicens, id quidem relictum esse; sed sine solennitatibus, idque in pœnam perfidiae. d. §. fin. & L. fin. Cod. De fideicommiss postea pro hac materia

Obserua breviter, si filius sit fideicommisso gravatus, ut post mortem extraneo restituat, quod subintelligatur conditio. si sine liberis decesserit, juxta L. 102. ff. De condit. & demonstrat. L. 30. Cod. De fideicommiss. quod si filius ita gravatus, monasterium ingrediatur, hoc erit liberorum loco, si hæc conditio. si sine liberis &c. expressè addita fuerit, juxta Auth. Nisi. rogati. Cod. Ad SCto. Trebell. aliás autem non, nè concurrant duo singularia.

Obserua item, sicut etiam supra ad tit. i. insinuatum, res fideicommisso obnoxias alienari non posse. L. fin. §. Sed quia. Cod. Comm. de legat. misi dos, vel donatio propter nuptias, liberis alibi assignari non possit, Auth. Res, que, Cod. d. t.

TITULUS XXIV.

De singulis rebus per fideicommissum relictis.

Fideicommissum singulare relinqui potest à quolibet, qui honoratus est, etiam à legatario hodie, h. & L. 2. Cod. Comm. delegat. relinquiri autem potest res quilibet, sicut in legatis, dummodo quis non gravetur in plus, quam sit honoratus, quod enim amplius est, inutiliter relinquitur, §. 2. h. nisi quis rogatus sit post tempus plus restituere. L. 70. §. 1. Delegat. 2. vel fundo legato debeat restituere quantitatem, vel contra. L. 114. §. 3. De legat. 1. vel pluribus rebus disjunctivè legatis elegerit id, quod minus valet. L. 94. §. 2. ff. Delegat. 1.

sicut & libertas. Libertas etiam per fideicommissum relinqui potest, non tantum proprio; sed etiam alieno servo, quo posteriori casu hæres eum emet, & manumittet, si tamen talis manumissus non testatoris; sed hæredis libertus. §. 2. h. alias servus proprius, cui directa data libertas, dicitur libertus testatoris, seu plutonicus, orcinus, orthinus, vel etiam quietalis. Verba fideicommissorum sunt: peto, rogo, volo, mando. §. fin. h.

TITULUS XXV.

De Codicillis.

Codicillus unde dictus & quid. qui induxit. qui eum facere posse. **C**odicillus à codice, sicut codex à caudice dictus, hic dicuntur minus solennis voluntas, de eo, quod quis post mortem suam fieri vult, inductus à Lentulo, & postea ab Augusto approbatus in pr. h. facere eum potest is, qui potest facere testamentum de jure, licet non possit de facto. §. 1. b. valētque hodie, licet testamento, vel priore, vel posteriore confirmatus non sit. d. §. 1. quamvis nec hodie de hæreditate in eo directe disponi, neque hæredi scripto conditio adiici. L. 27. §. fin. ff. De condit. instit. neque substitutio, neque ex hæredatio fieri possit. L. 14. Cod. De testam. nisi miles sit. L. 19. L. 36. De testam. milit. nè testamentorum & codicillorum ius con-

confundatur. §. 2. h. vel nè per codicillos, qui ex testamento valerent (intellige juxta jus vetus) ipsum testamentum, quod vires per hæredum institutionem accipit, confirmari videatur. L. 10. ff. h. t. unde & plures codicilli possunt fieri sibi codicilli non contrarij. §. fin. h. t. qui nullam, id est, non tantam, plures fieri quantum in testamento solemnitatis ordinationem pro ijs possunt. desiderat, quinque enim testes, etiam non rogati sufficiunt. L. fin. §. fin. Cod. h. t. si autem sint testamento confirmati, nec hi reqviruntur. L. 2. §. 2. h. t. arg. L. 77. De hæred. instit. an mulier in ijs testis esse possit, utrumque probabiliter defenditur. certum tamen est, quod scripturam non reqvirant. L. fin. §. fin. Cod. h. t. Dictum est directe in ijs hæredem institui non posse, si tamen in ijs sit institutus, flectuntur verba directa in obliqua. L. 13. §. 1. ff. h. t. quia codicillans non videtur velle ludere, secùs est, si voluerit facere testamentum, & non perfecrit, tunc enim habet locum regula: quod voluit, non potuit, quod potuit, non voluit. L. 1. d. t. nisi clausula salutaris ex voluntate testatoris fuerit adiecta, quæ operabitur, licet testamento institutum vitium substantiale, v. g. ob præteritionem sui. L. 25. ff. Qui testam. facer. poss. item L. 24. §. Ex testamento. De fideicom. libert. etiam si testamentum sit inofficium hodie per Novell. us. licet olim aliter se habuerit. L. Titia. 13. ff. De inoffic. testam. Si testamentum clausulam codicillarem habeat, institutus hæres eligere potest, utrum ex testamento totam, an ab hærede ab intestato dodrantem petere velit, electa viâ unâ pœnitere nequit, nisi sit unus ex liberis, vel parentibus, vel intrâ quartum agnationis, vel tertium cognationis gradum. L. fin. §. Si vero. Cod. h. t.

LIBER III.

INSTITUTIONUM

D. JUSTINIANI

TITULUS I.

De hæreditatibus, quæ ab intestato
deferuntur.



Actum de testamentaria hæreditate, sequitur de legitima, quæ immediate à lege defertur, cui locus, si quis mortuus sit intestatus, seu non facto, vel inutiliter, aut etiamrupto, aut irritato testamento. *in pr. b.* quo casu Lex 12. tab. primò suis hæreditibus hæreditatem detulit. *§. 1. b.* id est, ijs, qui in primo potestatis patriæ gradu tempore delatae hæreditatis sunt. *§. 2. b.* in quos etiam continuatur dominium. *L. u. ff. De liber. & posth.* sive sint naturales & legitimis simul, sive legitimis tantum, qui in potestate patria sunt. *Natura-*

tales tantum sui non sunt, nisi sint legitimati. *d. §. 2.* Fiunt hi hæredes, licet ignorantes, vel furiosi sint; quia ipso jure domini, licet non possessores. *L. i. §. 3. L. 3. §. 1. ff. De acquir. possess.* possessio enim facti magis est. *ff.* Filius ab hostibus captus, post mortem patris redux jure postliminij ut suus succedit. *§. 4. b.* & è contra patri post mortem rebellionis damnato, non succedit filius, vel hæres esse desinit. *§. 5.* Succedunt autem sui filii & filiae in capita, seu pro numero personarum; si diversæ sint lineæ in gradibus remotioribus, in stirpes juxta numerum originis. *§. 6. b.* quamvis isti nepotes jure suo, non etiam jure patris, qui nullum adhuc jus habuit, succedant, patrem enim tantum repræsentant, & hiac repræsentationis jure succedere dicuntur.

Suitas autem eo spectatur tempore, quo apparet, quem succedere intestatum deceperisse, hinc sèpè fit, ut succedat ut suus, qui potest, ut mortis tempore non erat suus. *ut §. 7. b.* si ex hæredato filio suus, qui mortuo repudiet hæreditatem institutus, ubi admittitur ne pos ut suus, si vivo ayo fuit natus, vel conceptus. *§. 8. b.* mortuo enim cognatus non quæritur. *L. i. ff. Unde cognat.* quantum successionem attinet: poterit tamen etiam post conceptionis petere hæreditatē transmissionis seu patris jure, quod ei quamvis erat, si institutus repudiaret. *Emancipati jure 12. tab.* non succedunt, dat eis tamen Prætor bonorum possessionem per unde liberi. *§. 9. b.* modò mortis paternæ tempore in alterius potestatē non sint. *§. 10. b.* hos enim nec emancipatio postea contingens adjuvat. *d. §. 10.* sintque de sanguine; adoptivis enim & post emancipatis Prætor non succurrat. *§. u. b. ni;* si tertio ordine per unde cognati. *§. 13. b.* sicut nec in testamento præteritis, quamvis alijs det præteritis boni, poss. contratab, etiam suis. *§. 12. b.* sicut etiam lib. preced. tit. 12. *§. 3.* traditum. Adoptivi olim indistinctè in patris adoptivi potestatem transibant, hodie arrogat tantum, & adoptari, si duo trius natu- con- ralia.

SCtum Sabinianum quid.

concurrent vincula. §. 14. b. L. pen. Cod. & supr. §. 2. De adopt. unde alter jura patris naturalis retinet salva, & ab intestato tantum de jure patri adoptivo succedit. d. §. 14. in quo etiam mentio fit SCtum Sabiniani, quo cautum erat, ut si quis filium familiæ ex tribus maribus, vel ut alij, manibus adoptasset, eum sine justa causa emancipare non posset, nisi quartâ eidem relictâ. sed & hoc SCtum cassatum est.

Lege 12. tab. ex filio nati Descendentes ex filio succedunt ut sui jure 12. tab. de descendentes ex filia non item, utpote nec sui, nec agnati, postea tamen per constitutiones Imperatorias etiam hi cum nepotibus ex filio admissi; sed ut tertiâ parte haberent minùs, quam mater eorum habuerit. L. Si defunctus. 9. Cod. De suis & legit. hered. Justinianus natos ex filia vult & equaliter succedere; ac natos ex filio. §. 15. h. t. & in. L. fin. Cod. d. p. unde & descendentes ex filia excludunt agnatos, qui jure 12. tab. præferabantur, & postea per constitutiones retentâ quartâ, do- drantem tantum illis dare cogebantur. d. L. fin. & §. fin. h.

TITULUS II.

De legitima agnatorum successione.

proximus quis? agnatus quis? **S**ecundus ordo ex Lege 12. tab. agnato proximo defertur h. in pr. est autem proximus, quem nemo antecedit. L. 34. ff. De vulg. & pupil. substit. & agnatus dicitur is, qui per virilis sexus personas cognatione junctus est defuncto. §. 1. h. licet ea conjunctio per arrogationem tantum facta esset, nam & talis arrogatus fratri consanguineus dicitur, licet impro priè. §. 2. h. admittebantur autem primo jure 12. tab. agnati & agnatae & qualiter, secundo jure mediae juris prudentia agnati tantum, non agnatae, nisi esset soror consanguinea tertio jure. Prætor agnatas vocabat, per unde cognati, tandem Justinianus reduxit jus 12. tab. & statuit, ut agnatae vocentur non mi- flaturj?

nus

nus ac agnati. §. 3. h. & addidit, ut etiam soror uterina & filius, filia, item sororis germanæ, vel consangvineæ filius, filia, admitterentur, si nec frater, nec soror superesset, sicut filius fratri, quamvis cognati tantum essent, divisâ inter eos hæreditate in capita. §. 4. h.

Proximior olim semper exclusit, & regulariter adhuc proximus excludit in linea collaterali remotiorem. §. 5. b. ita, ut proximitas consideretur eo tempore, quo apparet quem esse integratum. §. 6. b.

Ad §. 7. observa, successorum edictum esse, quo priori successoribus non pertinentibus admittuntur sequentes, sive in ordine edictum alio, quod dicitur de ordine in ordinem, sive in gradu, quod dicitur de gradu in gradum. Olim Leg. 12. tab. proximo agnato recusante, sequens agnatus non admittebatur; prætor autem cum vocabat per unde cognati. Justinianus voluit esse locum successionis de gradu in gradum. In §. fin. quæstio est, pater, an, si filius moriatur, an, & quomodo pater succedat? Respondebat quomodo detur, si filius familias esset, pater occupabat bona jure peculij, si esset emancipatus, & quidem contractâ fiduciâ, pater erat instar patroni, si non contractâ fiduciâ, succedebat pater fiduciarius, prætor tamen illi 10. personas, per unde 10. persone, præferebat in fr. De bon. possess. hodie singitur. Semper contractâ fiduciâ emancipasse. L. fin. Cod. De emancip. liber.

TITULUS III.

De SCto Tertulliano.

Væstio, an mater succedat liberis? **Q**væstio, an mater, an pro diversitate jurium, primò jure 12. tab. non secundò jure Prætorio sic, sed primò per unde cognati. h. in pr. dūm varia tertio ex constitutione D. Claudi statim, si liberos jura succedit, §. 1. h. quartò ex SCto Tertulliano, si singulare liberis.

N

nua

qua tres, libertina quatuor procreasset, vel jus liberorum habuisset, §. 2. b. quo casu præferebantur adhuc descendentes ex filio & filia, item pater & frater consanguineus, soror autem, si sola esset, cum matre pariter admittebatur. §. 3. b. quia tò, ex constitutionibus, si mater tot liberos non haberet, coacurreret cum patruis, habebant hi bessem, illa trientem, habens tot liberos illa bessem, & illi trientem. §. 4. b. Sextò Justinianus indistinctè matrem omnibus agnatis præposuit, exceptis fratribus & sororibus quibuscumque, cum quibus mater admittitur, & quidem in dimidium, si solæ sorores sint, alias distribuatur hæreditas in capita. §. 4. s. & L. fin. Cod. b. t. Incumbit autem è contra matribus, ut liberis tutores intrà annum petant, alias ab impuberum successione repellentur, nisi contrarium ijs expediat magis. §. 6. b. succedit autem mater etiam vulgò quæsitis, §. fin. b. nisi sit illi australis. arg. L. s. Cod. Ad SCtum Orficianum.

*Justinianus
quid sit
suerit.*

TITULUS IV.

De SCto Orficiano.

*SCtum Orf.
sic. vocat fi-
lium ad bo-
na matrū.
constitutio-
nes etiam
nepotes.
vulgò que-
siti succe-
dunt matri
nist illu-
bris.*

Hoc Senatusconsultum è contra filium, & filiam ad successionem matriis vocat ante agnatos. b. in pr. quod constitutiones extenderunt ad nepotes ex filio, & cum quadam diminutione etiam ex filia, §. 1. b. & §. 2. b. pen. supr. tit. 1. Capitis diminutio hic in considerationem non venit. §. 2. b. sic & vulgò quæsiti matri succedunt, nisi illustri sicut, & habeat justos liberos. d. L. s. Cod. b. t. & sicut ius accrescendi inter cohæredes ex testamento locum habet, ita etiam inter legitimos, nè hæreditatis jus, quod in dividuum, dividatur. §. fin. b.

TI.

TITULUS V.

De successione cognatorum.

Tertio ordine Prætor cognatos vocat. b. in pr. item, Prætor 3. agnatos capite minutos præter fratres & sorores, ordine præter cognatos quos Lex Anastasiana vocat, ac si emancipati non essent. §. 1. b. & L. 4. Cod. De legit. tut. In qua linea cognati sint; non refert. §. 2. b. quò etiam spectant emancipati ab alio adoptati, §. 3. b. item vulgò quæsiti, qui cognati sibi sunt, non etiam agnati. §. 4. b. admittuntur autem agnati regulariter etiam si decimo, seu longissimo gradu sint. cognati autem usque ad septimum, ut ait §. fin. b. quamvis multi DD. gradus hos sine exclusione aliorum, si dentur, accipiunt.

TITULUS VI.

De gradibus cognitionum.

Noticia graduum Jurisconsultis est necessaria. L. fin. ff. b. t. ideo Observa 1. Quod cognatio sit cohærentia cognatione quadam personarum per generationem contracta, dividatur linea quidam in lineas & gradus. Linea sit limes distinguens cognationem & quotum stemmata, alia recta, alia obliqua, hæc rursus vel aequalis, plex. vel inaequalis.

Gradus sit transitus de persona in personam remotior. gradus rem habito respectu ad communem stipitem, id est, cum, à quid. quo proxime illæ duas personæ descendunt.

Observa 2. Computari gradus juxta regulas has: regule pro quo sunt generationes, tot sunt gradus; vel quo personæ, tot gradus, stipite dempto, quæ obtinent etiam jure canonico in linea recta; in obliqua vero, si est linea æqualis, quanto gradu una di-

Nz

stat

stat à communi stipite, eodem distat inter se. inæqualis quotore motior distat, seu ascenditur tantum, vel descenditur: unde jure canonico linea collateralis gradum primum habet, non item jure civili.

inter affines quomodo dentur gradus. Observa 3. Inter affines propriè gradus non dari, cùm unus non generet alterum, computari tamen ad similitudinem, unde regula est: *quoto gradu quis est cognatus cognoscendi alterum carnaliter, eodem fit gradu affinis cognita.* Et è contra.

TITULUS VII.

De servili cognitione.

Servilis cognatio in successione olim non curabatur, etiam post manumissionem respectu liberorum, tempore servitutis natorum. Justinianus autem aliud introduxit, de quo jure ex professo agitur tit. seq. qui est

TITULUS VIII.

De successione libertorum.

Lege 12. tab. quies succederet libertus. Intellige de successione passiva, seu quomodo succedatur libertis? ubi quatuor jura: primum Legis 12. tab. quod patronum ad successionem vocabat liberti intestati, nullo suo hærede relicto, etiam legitimo tantum. *h. in pr.* quia verò durum erat, ita patronum excludi, ideo secundum jus

*Praetor au-
xit ius pa-
tronatus.* Praetor introduxit, qui patronum non vult excludi, nisi à suo de sangvine, alias dat patrono hæreditatis semissim, quem testamento facto per bonorum possessionem contratabulas, aditam tamen prius hæreditate, petere potest. *§. 1. h.* Postea Lex Papia Poppeja noluit patronum excludi à suis hæredibus aut. *de*

de sanguine, nisi tres essent, dummodo libertus sextertium centum millium in bonis habuisset. *§. e. b.* Tandem Justinianus reduxit jus primum, si libertus centum aureos non reliquit; si reliquit, vult excludi patronum à suis & à fratribus. extraneo autem hærede instituto, tertiam partem patrono deberi absque ullo onere. *§. 3. b.* quod jus succedendi etiam descendentes patroni habent. *L. 47. De bon. libert. & collaterales* usque ad quintum gradum, & si in eodem gradu sint, divisione factâ in capita. *d. §. 3.*

Quæ successio in omnibus libertis hodie locum habet, sublatâ differentiâ juris veteris. de qua *§. fin. supr. De libert. si- cut & cassato SCto Largiano, & edicto Trajanî,* vide *§. fin. h.*

TITULUS IX.

De assignatione libertorum.

*J*us patronatus ad liberos æqvaliter pertinet, nisi pater assignaverit, quisnam ex liberis post mortem suam patronus esse debeat. *b. in pr.* & *L. 107. De V. S.* cuius assignationis effectus est, quod illi soli jus patronatus competat, nisi is sine liberis decesserit. *ibid.* & *L. 1. ff. De assign. libert.* assignari autem potest tam libertus, quam liberta cuiuscunquam ex liberis. *§. 1.* dummodo in potestate sit. *§. 2. h.* emancipato autem probabilitas assignatio fieri non potest, quibuscunque autem verbis, vel signis ea fiat, nil refert. *§. fin. h.*

NOVELLA CXVIII.

De hæreditatibus ab intestato venientibus.

*ratio intro-
duci fūrū
nouī.*

*primo or-
dine succe-
dunt de-
scendentes.*

Ovarias jurium veterum intricaciones Justinianus d. Novell. us. abrogatis prioribus sequentem succedendi ab intestato modum introduxit. vocando primo ordine descendentes defuncti, quales sunt liberi, primò legitimi & naturales simul, qui, si omnes in primo gradu, succedunt in capita, si in remotiori, in stirpes, jure quidem suo, repræsentando tamen patrem: adeò, ut nepotes excludant avum in ijs, quæ patris eorum fuerunt, quo jure etiam æqualiter admittuntur emancipati, sicut & legitimi seu arrogati, seu adoptati. Naturales tantum matri regulariter succedunt, non etiam patri, qui pater tamen eis in testamento unam unciam unā cum matre, si justi extent liberi, alias totam hæreditatem relinqvere potest, salvâ tamen parentibus legitimâ. Novell. 89. Cap. Discretis. 12. ab intestato autem, si non extent liberi, neque uxor legitima defuncto, eidem patri in duabus succedent uncijis, d. Novell. 89. Cap. Discretis. §. 4. alimenta tamen ijs indistinctè debentur. Auth. Licet. Cod. De natural. liber.

Quod si naturales per subseqvens matrimonium legitimati fuerint, indistinctè succedunt. Novell. 74. Cap. 1. & 2. licet matrimonium à moribundo esset contractum, aut intermedium aliud etiam intercessisset, adeò, ut per matrimonium avi etiam legitimetur nepos ex filio naturali procreatus in ordine ad avum. Legitimati vero per rescriptum Principis non succedunt, nisi nulli legitimi extent liberi. Novell. 89. Cap. 9. adeò, ut subintelligatur etiam legitimationis tempore conditio, nisi alij supernati fuerint, quibus Princeps non præsumitur velle præjudicare; spurij, id est, ex vago coitu nati, matri, patri autem, cùm incertus sit, non succedunt; sicut nec succedunt nati ex damnato coitu, quibus jure civili nè quidem alimenta debentur. §. pen. supr. De nupt. sic

sic & spirituales liberi ex successionis jure nihil præcedere possunt.

An nepos exprimogētio filio, sic potior filio secundogenito in bonis majoratū, vel primogenij, quæstionis est? ^{nepos ex} primogenitū affirmativa verior, quæ approbata in Aurea Bulla Caroli IV. ^{topotior} secundogenitū. Ratio; quia per nativitatem primogenito statim ^{secundogenitū.} dicatum jus queritur, quo filius ex eo eundem repræsentans jure merito uti potest.

An legitimatus per subseqvens matrimonium in simili ^{an legiti-} primogenio præferatur filio legitimo, altera est quæstio? & ^{matus pre-} communius receptum, quod legitimatus præferatur, nisi ante legitimationem ex alio matrimonio alter legitimè natus ^{feratur filio} esset, quo casu eidem statim jus quereretur, & hæc de primo succedendi ordine. ex d. Novell. Cap. 1.

Secundus ordo est ascendentium, qui succedunt juxta secundo or- gradū prærogativam sine sexū discrimine, & quidem in stirpes. d. Novell. 118. Cap. 2. cum quibus tamen etiam admittuntur fratres & sorores germani & germanæ in capita. d. Cap. 2. Dixit dentes, admittuntur, avum enim, vel proavum probilius non exclu- dunt, divisione tunc non in capita; sed in stirpes faciendâ; immo juxta Novell. 127. Cap. 1. etiam nepotes ex his admittuntur cum ascendentibus, si adhuc patruus, vel respectu defuncti, frater vel soror talis concurrat, nè addatur afflictis afflictio. Dicta ascendentium successio etiam in legitimatis liberis per subseqvens matrimonium habet locum, per rescriptum Principis non, nisi pater cum consensu matris eos legitimari curaverit secundum Manzium. Pater adoptivus filio in specie ado- ptato non succedit, licet pater arrogans succedat arrogato.

Tertius ordo est collateralium, inter quos succedunt primò defuncti fratres, & sorores, tertioque parente juncti, & nepotes præmortui fratris, si sint, admittuntur etiam in stirpes, sive autem soli sint, in capita: d. Novell. cap. 3. His non ex- tanti-

tantibus, vocantur secundò fratres & sorores consanguinei & uterini, ut his cedant materna, illis autem paterna bona, per L. 13. infin. Cod. De legit. hered. quamvis alij eos indistinctè admittant valde probabilitè propter bonorum confusione, cum quibus nepotes non admittuntur, cum jus vetus correctum non sit, adeò, ut nec frater, utrinque junctus excludat uno vinculo junctum à bonis communis nepotis. His deficientibus postea proximior gradu defuncto semper excludit remotiorem, divisione factâ non in stirpes; sed in capita. d. Cap. 3. §. 1. probabilius, quamdiu quis extat, in infinitum d. Cap. 3. & L. 2. §. 1. De suis & legit. hered. L. 4. Cod. De bon. vacanc. Non obstat §. fin. supr. De success. cognat. ubi decimi vel septimi gradûs sit quidem mentio, tanquam remotoris, non tamen cum exclusione remotioris, si quis inveniatur.

Quarto ordine succedit conjunx conjugi, si justum ad mortem usque duraverit matrimonium. L. 4. Cod. De incest. nupt. per bonorum possessionem. unde vir & uxor. Dig. & Cod. unde vir, & uxor. Quod si autem matrimonium fuerit indotatum, & conjunx defunctus locuples, tum conjunx admittitur cum liberis ad tertiam vel virilem partem quoad usumfructum; si non sint liberi, habebit quartam pleno jure. Auth. Præterea. Cod. Unde vir, & uxor. Novell. 53. cap. 6.

Tandem succedit fiscus.

Tandem cum affinitatis jure nulla sit successio. L. 8. Cod. Communia de success. succedit in bona ut vacancia fiscus. L. 1. 4. Cod. De bon. vacanc. nisi & hic adhuc speciali jure à collegio approbato, in quo defunctus fuerat, excludatur. L. 2. 3. 4. fin. Cod. De heredit. Decurion. L. Si quis presbyter. Cod. De Episcop. & cler.

an ietener-
atur ad
legata.

Quod si fiscus in bona succedat vacancia, & defunctus aliqua legata & fideicommissa reliquerit, an ea præstare tenetur,

neatur, quæritur, probabilius est, quod sic per L. 96. §. Quoties. De legat. 1, L. 14. ff. De jur. fisc. L. 96. §. 3. Ad SCutum Trebell.

TITULUS X.

De bonorum possessionibus.

Secundus per universitatem acqirendi modus recensetur bonorum possessio, quæ à possessione bonorum differt, Bonorum quod illa juris, hæc facti magis sit. L. 3. §. 1. ff. De bonor. possessio possess. unde & illa definitur d. L. 3. §. 2. quod sit jus persequendi, retinendique patrimonij, quod cujusque, cum morere, fuit, dividitur, quod alia sit editialis, alia decretales, alia ex testamento, alia ab intestato, alia ordinaria, alia extra ordinaria. Introdæ sunt à Prætore, & juris corrigendi causa, ut in posthumo alieno, & emendandi, ut in liberis emancipatis. & confirmandi, ut in hæredibus institutis &c.

Effectus, quod bonorum possessor hæredis locò habeatur. b. in pr. sunt autem bonorum possessiones ex testamento bonorum duæ, contra, & secundum tabulas, ab intestato olim octo, quæ possesiones ex testam. due, ab inter stato octo. recensentur servato edicti ordine in §. 1. b. t. ex quibus adhuc remanent quatuor. Unde liberi, unde legitimi, unde cognati, unde vir & uxor. cassatis alijs, unde 10. persone, & unde cognati manumissoris; quia fingitur hodie emancipationem semper contractâ fieri fiduciâ, item unde patroni, & tanquam ex familia, quia successio libertorum ad similitudinem ingenuorum fermè redacta est. §. 2. b.

Extraordinaria bonorum possessio dicitur, quæ nullâ certâ edicti parte continetur; sed ex Lege aliqua nova post Leg. 12. tab. & quidem specialiter defertur. §. 3. b. Exemplum in L. 1. 2. De veteran. milit. success. L. 1. De carbonian. edict.

Est autem bonorum possessio petenda vel intrâ annum, si sint liberi & parentes, vel intrâ 100. dies, si sint agna-

tempus pe-
tende vel
annus, vel
100. dies.

ti, vel cognati. §. 4. b, quod tempus est utile. §. 5. b. & sicut in successione civili juri accrescendi, item successorio edicto locus est, ita etiam ijsdē est locus in hac successione prætoria. §. 5. b. quæ olim solenniter sub certa verborum formula petebatur. hodie sufficit, si quis eam coram magistratu agnoscat, seu animum suum declareret. §. fin. b. & L. fin. Cod. Qui admitt. ad bon. possess.

TITULUS XI.

De acquisitione per arrogationem.

*arrogatio
moribus
introduced.* **T**ertius per universitatem acquirendi modus est arrogatio, quæ moribus, seu jure non scripto introducta est. hic in pr. de qua aetum. lib. 1. tit. XI. §. 3. per quam acquiriebat pater omnia, quæ erant arrogati, ijs exceptis, quæ minimè capitibus diminutione peribant, uti jus agnationis & operæ quid, & que? operarum officialium obligationes. §. 1. b. sunt autem opera diurnum officium consistens in ministerio & officio liberti, aliae officiales, aliae artificiales, seu fabriles, quæ debentur, si fuerint impositæ. L. 3. s. 7. ff. De oper. libert.

Hodie autem pater arrogans acquirit eodem modo, sicut pater naturalis pro distinctione peculiorum. §. 2. unde & arrogatum defendere tenetur, & creditoribus ejus respondere, & satisfacere. §. fin. b.

TITULUS XII.

De eo, cui libertatis causâ, bona addi- cuntur.

*additio li-
bertatis cau-
sa unde de-
scendat, &
qua ejus
utilitas.* **Q**uartus per universitatem acquirendi modus recentetur. additio bonorum libertatis conservanda causâ, si ne-

nemo alias existat hæres. b. in pr. introductus ex rescripto D. Marci. §. 1. b. cùm utilis sit, & libertatibus, & defuncto, & creditoribus illius, qui contentari debent. §. 2. b. unde huic rescripto locus, si libertas, sive in testamento, sive in codicillis reliqua sit. §. 3. b. & certum sit, quod nemo existat hæres. §. 4. Quod si tamen hæres minor hereditatem repudiaverit, non obstante, quod is restituī possit, rescripto tamen huic locus erit, & libertates manebunt salvæ. §. 5. b. Ex mente D. Marci etiam dicto rescripto est locus, si alicui moveatur quæstio, quod contra Legem Æliam Sentiam in fraudem creditorum sit manumissus. §. 6. b. Tandem Justinianus rescriptum hoc non tantum approbavit, sed & plures species in favorem libertatis addidit in L. fin. Cod. De testam. manum.

TITULUS XIII.

De successionibus sublatiis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex SCto Claudiano.

Erat olim acquirendi per universitatem modus olim erat bonorum emptio, dum quis debitoris bona publicè nomine debitoris venum exposita emebat, qui omnium bonorum dominus fiebat. b. in pr. modus ac-
quir. per universit. bonor. em-
ptio.

Hodie creditores implorato judicis officio, pro quantitate sui debiti mittuntur in possessionem, & jubentur ea possidere, ut in Novell. 53. statutum est.

Alius miserabilis per universitatem acquirendi modus item ex SCto Claudiano competit, ex quo libera mulier, si se SCto Clau- cum servō commiscuisset, fiebat arcilla illius domini, & trans- diano. fibat in potestatem ejus unā cum omnibus bonis; sed & hoc ut indignum Justinianus cassavit in fine hīc,

TITULUS XIV.

De Obligationibus.

Connexio

Connectitur hic titulus primò *ex lib. 2. tit. 2. actum de quibusdam rebus incorporalibus*, ergo etiam agendum est de obligationibus utpote talibus. Secundò *ex lib. 1. tit. 2. §. fin. actum de personis & rebus*, agendum est de actionibus: unde prius agitur de obligationibus, quæ actionem pariunt. I. Licet. 42. §. 2. ff. *De procurat. Vul- tejus verò obligationes ad primum juris objectum refert, ni- mirum ad personas.* Dic obligationem in personis subjectivè, in rebus autem objectivè considerari, ut melius referatur ad secundum, quam primum objectum.

*obligatio
unde dicta,
quid, &
quotuplex.*

Dicta est à præpositione *ob*, & verbo *ligare*, & definitur, quod sit *vinculum quoddam juris*, quo *adstringimur ad prestantum id, quod debemus*. alia est *naturalis tantum*, quæ est *vincu- lum juris*, vel *æqvitas*, quo voluntas volens adstringitur, trahitürque ad aliquid dandum, vel faciendum citra compe- tentem eo nomine de jure civili actionem, quæ rursus in *plenam & minus plenam* dividitur, illa jure gentium est efficax ad petendum. L. 84. §. 1. *De reg. jur.* & *alios effectus à jure civili* habet. Hæc in nudis terminis honestatis consistit, vel pudori cuiusque relinqvitur, utrum præstare velit, nec nè. alia est *naturalis & civilis simul*, quæ h. in pr. definitur, quod sit *juris vinculum, quo necessitate adstringimur alicujus rei solvende, se- cundum nostræ civitatis jura*, id est, adstringit dando indè actionem.

Quidam etiam obligationem *civilem tantum*, seu *nu- dam*, & *finere esse* dicunt, dum quis adstringitur ad solven- dum, quod debet *civiliter tantum*, verùm probabilius hæc non datur, tum; quia *civilis est approbatio naturalis*. L. 6. ff. *De pact. tum*; quia non est ulla *civilis*, in qua non adsit con- sen-

sensus, vel *æqvitas*, quæ sunt causæ obligationis *naturalis*. Non obstant leges, quæ faciunt mentionem obligationis ci- vilis; quia nunquam additur *tantum. tum*; quia illa est sem- per ibi conjuncta naturali, hinc & pactum de non petendo obligationem tantum tollit in effectu, in quo sensu intellige. §. *Præterea. infrà De except. nisi naturalis sola sit. juxta L. 95. §. 4.* *De solut. hinc & is*, qui spe futuræ numerationis facetur se ac- ceperisse mutuum, obligatur naturaliter; quia consentit purè, conditio enim in mente retenta nihil operatur. L. 7. *Cod. De condic. ob caus. dat.* neque nullus est error in promissione; sed tantum in numeratione, & hinc datur exceptio non nu- merata pecuniæ. L. 3. §. 1. *De constit. pecunia. de debito civili*, quod per exceptionem elidi potest, perpetuam intellige; quia tale debitum habetur pro non debito. L. 40. ff. *De condic. indebit*, sic & sententia inducit obligationem etiam *naturalem*, si quis non debitor *condemnetur in judicio*; quia consensit item contestando. L. 3. §. *Idem scribit. ff. De pecul & id ipsum* condemnatus approbat, intrà tempus non appellando, quamvis ea, quâ verus debitor *absolvitur*, *naturalem non tol- lat. per L. 60. De condic. indebit.* quia hæc effectum habet in- foro fori per exceptionem rei *judicatæ*, illa autem non ha- beret.

*Effectus ob-
ligationis.*

Effectus obligationis *naturalis tantum est*, parere ex- ceptionem, soluti retentionem, sufficere quandoque ad com- pensationem, ad novationem, ad constitutum, ad fidejusso- nem & pignus. Naturalis & *civilis simul*, parere actionem & *exactionem*, nisi per exceptionem elidatur.

Obligatio *naturalis & civilis simul* dividitur in *civi- lem*, quæ jure civili constitutæ vel *comprobata est*, vel *prato- riæ*, quam *prætor ex sua jurisdictione constituit*. §. 1. b t.

Descendunt autem obligationes, vel ex contractu, vel quasi, delicto, vel quasi. §. 2. b. & quibusdam alijs causarum fi- guris

Pactum quid, & quotuplex. guris. L. i. ff. De obligat. Et act. hoc libro de contractibus & quasi; quia autem pactum est generalius.

Observe, quod pactum sit duorum, pluriūm ve in idem alteri ab altero pacientium, dandum, vel faciendum placitum, & consensus. L. i. junct. gloss. De pact. sitque aliud nudum, in nudo placiti sive consensus fine consistens, aliud non nudum, seu civile, & legitimum, quod alij vestitum nominant, cui lex assistit, dando ex eo actionem, prius enim actionem non parit. L. i. Cod. De pact. convent. nec jure canonico ut probabilius, tum; quia videntur leviter emissa, tum; ne Res publica nimijs turbetur litibus, licet sit geminatum; quia geminatio levitatem non tollit, nisi fiat cum reflexione. L. i. §. Debitorum. De constit. pecun. Dicta intellige secundum jus civile Romanum, de moribus enim in locis plurimis pactum nudum operatur idem, quod stipulatio. Gudelinus lib. 3. cap. 5. De jur. noviss.

Pactum iterum est aliud publicum, aliud privatum, item aliud expressum, aliud tacitum ex vi & potestate legis inductum, aliud in rem, aliud in personam. Pacta hæc freqventer transeunt in contractus.

Contractus quid, & quotuplex. Contractus autem est duorum, vel plurium in idem placitum consensus de dando, vel faciendo alteri ab altero pacientium, habens, vel proprium nomen, vel causam. id est, dationem vel factum: qui nomen tale habet, nominatus: qui causam tantum, innominatus dicitur. alias item est Synallagmaticus, id est, ultro citroque, alias ex una tantum parte obligatorius, monoplevros dictus. alias contractus re, alias verbis, alias literis, alias consensu perficitur, de quibus ordine, hinc

TITULUS XV. Quibus modis re contrahitur obligatio.

Re

REcontrahitur obligatio, quæ nascitur ex contractu, cuius causa principalis efficiens est interventus rei, licet proxima sit consensus: & remota jus. talis recensetur primus mutuum, dictum quasi ex meo tuum, dum quantitas, seu res fungibilis, id est, pondere, numero, mensurâ constans, alicui datur, eâ lege, ut tantudem in eodem genere (intellige, quod Philosophi vocant speciem) ejusdem bonitatis & qualitatis reddatur. h. in pr. Et L. 2. ff. De reb. credit. hinc res, quæ mutuo data, reddi nequit, nisi id fiat per accidens. Sin autem pecunia aurea mutuò data sit, reddi potest argentea, quia ibi non materia; sed æstimatio publica spectatur. L. i. in fin. De contrahend. empt. L. 94. §. 1. De solut. nisi alter conventum, vel realiter intersit. L. 23. De reg. jur. L. 99. De solut. Æstimatio autem & valor is, qui tempore numerationis fuit, attendendus. L. 94. §. 1. De solut.

Si species detur, ut distrahatur, & pecunia habeatur, mutua, dic, de rigore non esse mutuam. per L. 34. in pr. ff. Mandat. sicut autem de æqvitate per fictionem brevis manus. per L. Rogasti. in pr. De reb credit.

Dicitur in definitione tantudem, quia plus non licet recipere. L. ii. §. 1. ff. De reb. credit. nisi in hoc contractu regulariter per stipulationem promissum sit, de quo lib. 4. §. 30. De act. & tunc dicitur in genere usura, id est, lucrum aliquod ultra sortem, quæ vel compensatoria est ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, & semper est licita, vel punitoria ob moram non solventis, & licita, si apponatur speciei, vel facto, non etiam, (jure Canonico) si quantitati, vel lucratoria, quæ principaliter vi mutui exigitur, & hæc prohibita jure naturali; quia vult ex re sterili & aliena percipere fructus, jure Evangelij Luca 6. & canonico & De usur. jure autem civili intrâ certum terminum permisso, quæ si correspondant lu-

usura quid,
& quotuplex.

cro

cro cessanti & damno emergenti licet accipi possunt in conscientia, aliás secùs.

*actio ex
mutuo que-
debitum
quid.*

Datur ex hoc contractu actio, *condic̄o certi*, mutuanti contra mutuatarium, ut res in eodem genere ejusdem bonitatis & qualitatis restituatur, & hæc *ad princ.*

Secundus quasi contractus *indebitum*, dum quis per errorem facti alieni, solvit alteri credenti, quod sibi debeatur id, quod ipsi nullo modo debet. Est autem & pro non debito id, quod per exceptionem perpetuam elidi potest, si ea in favorem debitoris inducta. L. 40. De *condic̄o indebit. secùs*, si in odium creditoris. L. 10. Ad SCtum Maced.

*obligatio
antidoralis
non est de-
bitum.*

Obligatio antidoralis non ponit debitum, sicut nec est debitum, quod sub conditione propria debetur. L. 16. ff. De *condic̄o indeb.* quamvis sit id, quod in diem certum debetur. L. 10. d. t. ut hoc solutum priùs, non, imò nec interusurum repetatur, excepto casu. L. 10. §. 12. ff. Quæ in fraud. Si igitur indebitum solutum, datur condic̄o indebiti, qvà id, quod indebitè solutum est, repetatur, si adhuc extet res in specie soluta. & hæc ad §. 1.

*commoda-
tum quid.*

Tertius recensetur *commodatum*, qui est contractus reinitus, quo certus usus speciei gratuitè conceditur, finito usu in specie reddenda. hinc, cùm *commodatarius* non fiat dominus, sequitur, quod qvamvis regulariter de omni teneatur culpa, non teneatur tamen de casu fortuito. §. 2. b. nisi culpa præcesserit, vel eum in se specialiter suscepere. unde licet rem æstimatò accipiat, eo ipso tamen casum fortuitum in se suscepisse non videtur; quia videtur esse mens se eam æstimationem præstiturum, si culpâ ejus perierit res.

*regula ad
quam cul-
pam tene-
antur con-
tinentes.*

Regula enim est, casus fortuitus nocet domino, item si contractus respiciat gratiam dantis tantum, tūm alter teneatur de lata, si utriusque etiam de levi, sin solius accipientis, etiam de levissima culpa. L. 5. ff. *Commodati*. L. 23. De reg. jur.

Da-

Datur ex hoc contractu duplex actio, *directa* commo- *actio com-
dati* contra *commodatarium*, ut res nō deteriorata restituatur. *modatii* *Contraria*, *commodatario*, quā repetat id, quod suā interest *duplex*, nominerei *commodatæ*. L. 17. L. 18. L. pen. ff. *Commodati*. ubi

Observa regulam, si contrahentes utrinque obligen- tur à principio æqvè principaliter, datur duplex actio directa, si alter ex consequenti tantum & minùs principaliter, datur directa, & contraria.

Species *commodari* dicitur, res fungibilis non nisi di- cīs gratiā. L. 3. §. fin. *Commodat.* quamvis aliquando *commo-
dare* cum mutuare confundatur.

Quartus recensetur *depositum*, seu *receptum* & *com-
mendatum*, L. 186. De V. S. dum res alteri custodienda datur *depositum* *quid.* gratis, ut quandocunque repetenti restituatur. L. 1. ff. *Deposit.* ubi *depositarius* de lata tantum tenetur culpa. §. 3. h. & L. 32. ff. d. t. regulariter per Cap. 2. x. *De deposit.* & datur actio directa, *actio ex eo* deponenti contra *depositarium*, ut res non deriorata restituatur. d. L. 1. §. 16. & è contraria *depositario* contra depo- nentem ad id, quod sibi abest ratione rei depositar.

depositarius re *depositâ*, etiam pecuniâ, licet obsignata non sit, invito deponente uti non potest. L. 3. 4. Cod. *Deposit.* uti non si tamen deponens usum concedat, interest, an id faciat ex- *poteft de-
pressè*, & tunc transit in mutuum. L. 9. §. fin. L. 10. ff. *Deposit.* an *positio.* tantum tacitè v. g. per modum generis deponendo, vel usu- ras petendo, & tunc manet *depositum*, sed irregularē. L. 24. 25. 26. §. 1. ff. d. t.

Est & species *seqvestratio*, id est, rei litigiosæ à pluribus *seqvestratio* securitatis causâ penes tertium, seu *seqvestrum*. L. *Seqvester.* quid, §. 10. De V. S. facta *extradictio*, quæ vel *voluntaria* est, & semper *quoruplex*, licita, vel *necessaria*, & prohibita. L. 1. Cod. *De prohibit.* *seqve-
str.* nisi causa dissipationis v. g. subsit; in neutra possessio in se- *qvestrum* transit; nisi partes id agant. L. 39. ff. *De acquir. possess.*

P

Quin-

pignus quid. Quintus recensetur pignus à pugno dictum. L. 23. §. 2. De V. S. quod vel pro re, vel pro jure, vel pro contractu sumitur, ubi definitur, quod sit contractus re initus, quo res extraditur creditori in securitatem rei creditæ, ut soluto debito non deteriorata restituatur, aliud est pretorium, aliud judiciale, aliud conventionale, idque aliud expressum, aliud tacitum. Cùm respiciat gratiam utriusque, tenetur creditor ad culpam levem. L. 13. §. 1. ff. De pignorat. act. & §. fin. h. Et, quia creditor obligatur principaliter, datur directa actio pignoratitia debitori, soluto debito contra creditorem, ut res non deteriorata restituatur, & contraria ipsi creditori contra debito rem, ut si quid sibi absit ratione pignoris, id resarciantur.

Pactum Antichristos quid. Admitit hic contractus etiam pacta. Famosa sunt duo, primum, pactum *Antichristos*, ut creditor fructus lucretur, quod jure civili ob incertitudinem & compensationem usurarum est permisum. L. 14. L. 17. Cod. De usur. jure canonico reprobatum. Cap. 6. §. De pignorib. exceptis casibus tribus contentis in Cap. i. in fin. item in Cap. Salubriter. 16. §. De usur. & in Cap. i. §. De feudis.

Commissionem quid. Secundum est pactum *commissionem*, quo debitor creditorem concedit fieri dominum rei pignoratæ, si constitutæ dic debitum non solvatur, quod tam canonico. Cap. 7. §. De pignorib. quam civili jure. L. 3. Cod. De pact. pign. reprobatum est, quia pignora multò plus regulariter valent, quam debitum sit. Valet tamen pactum, ut debito non soluto habeat creditor pignus emptum justo pretio. L. 16. §. fin. De pignorib. h̄c adhuc.

Anatocismus prohibitus. Observa, quod anatocismus, dum usura sorti juncta alias usuras parit. L. 58. §. 1. §. fin. De administrat. tut. sit prohibitus. L. fin. Cod. De usur. seqvitur

T I

TITULUS XVI.

De verborum obligationibus.

*C*ontractus verbis initus est *stipulatio*, à stipite dicta, stipulatio eò quod alios actus firmet, ex qua verborum obligatio nascitur, unde dicta, quamvis hæc duo sèpùs pro eodem quid sumantur, definitur L. 5. §. 1. ff. De V. O. quod sit concepcionis verborum, quibus is, qui interrogatus est, daturum, facturum vese, quod interrogatus est, respondet. subintellige, congruē. L. 1. §. 1. d. t. & in continentि moraliter. L. 13. cod. Quamvis autem regulariter causa præcedat, ouie per stipulationem firmatur, fieri tamen etiam potest absque causa, animo donandi. L. 19. §. pen. De donat. si non subsit error, ne obstat L. 2. §. Circa. De dol. mal. except.

Est stipulatio juris civilis, quia Roman. ex ea actioneris est juris dederunt, ut deportatus stipulari non possit. L. 14. in civili. & ex ea duplex nascitur actio. stipulatio quomodo olim: & hoc die fiat. Etum sit. h. in pr. & L. 74. 75. ff. h. t. Requirebatur autem olim, ut eodem quis responderet verbo, quo interrogatus erat. §. 1. h. non requirebatur tamen, ut latino conciperetur sermone. h. & L. 1. §. fin. ff. De V. O. Leo autem Imperator solennitatem verborum sustulit. L. 10. Cod. De contrahend. & commit. stipulat. potestique fieri etiam per interpretes. d. L. 1. in fin. De V. O. quamvis nutu fieri non possit, & facta nec ut pactum valeat. d. L. 1. §. 2. Stipulatio autem sit vel purè, si neque dies, neque conditio adiiciatur, vel non purè. Si fiat purè, statim cedit, & venit dies, id est, peti & exigi debitum potest. L. 23. De V. S. L. 105. ff. De solut. si in diem, cedit quidem, sed nondum venit dies, & si quisante diem per actionem promissum petat, repellitur per exceptionem. §. 2. b. t. Quod si quis stipuletur 10. quoad vivet, est stipulatio pura. L.

44. §. 1. De obligat. & act. licet addatur annue, quia hoc tempus annum non differendae; sed multiplicanda obligatio-
nis causam apponitur, ut etiam post mortem haeres stipulantis illa 10. petere possit; quia tempus conventionale, quod hic continetur in verbis *quoad vivam*, modus tollendi ipso jure obligationem non est, quamvis petens per exceptionem re-
pellatur. §. 3. h.

Quod si quis stipulationem sub conditione iniicit, tum nec cedit, nec venit dies; sed est tantum spes debitum, iti, quae etiam ad haeredes transmittitur. §. 4. h. & L. 213. ff. De V.S. quamvis in legato conditionali aliter se res habeat, ubi testator personam tantum benefacere voluit; Quod si condic-
tio negativae apposita, & ad personam contrahentem relata-
sit, non committetur, nisi post mortem, exemplum est in d. §. 4. h.

Locus stipulationi
adjectus.

Loca quoque stipulationibus inseri possunt, si v.g. quis Viennae se solutum promittat, quo casu subintellige tempus tale, quo commodè Viennam pervenire possit. §. 5. h.

Sin autem conditio impropria tempus praeteritum vel praesas respiciat, tum prout à parte rei se res habet, vel statim nascitur obligatio, quae enim per rerum naturam certa-
sunt, non morantur obligationem, licet apud nos incerta-
sint. §. 6. h.

facta quis
stipulari
potest.

In stipulationem autem etiam facta deduci possunt, ubi bonum est adjicere pœnam, si promittens id non faciat; quia alias deberet probare, quantum suam interesseret, id factum non esse, quod difficilis probationis est. L. fin. ff. De prætor. stipulat.

An autem promittens aliquid teneatur præcisè ad faciendum, an liberetur præstaendo interesse, quæstionis est? Verius est teneri ad faciendum; quia aliud pro alio in vita creditor non obtruditur, L. 2. ff. De reb. credit. Leges oppo-

ni solitas, vel si creditor consentiat, vel si impossibilis sit facti præstatio, intellige.

TITULUS XVII.

De duobus reis stipulandi, & promit-
tendi.

Rei debendi sunt, qui in solidum eandem rem debent, voluntate & facto contrahentium; rei credendi, qui bus ita debetur. L. 9. ff. De duob. reis constit. conse-
quenter rei stipulandi, quibus eadem res promittitur. rei pro-
mittendi, qui eandem rem in solidum promittunt post inter-
rogationem utramque. h. in pr.

Cujus effectus est, ut plures sint, vel creditores, vel de-
bitores; una autem fit tantum obligatio. unde uno solvente liberatur etiam alter. §. 1. h. Volunt tamen juxta Novell. pg.
Cap. 1. reos promittendi habere beneficium divisionis ad instar fidejussionum. Possunt autem duo rei promittendi fieri, licet unus pure, alter non pure promittat; quia ista dispa-
ritas sine facto novo ad paritatem reduci potest, hinc si unus latam tantum, alter etiam levem culpam promittat, rei debendi non sunt, nec erunt. §. fin. h.

TITULUS XVIII.

De stipulatione servorum.

Servus ex persona domini valentis de jure stipulari, sti-
pulandi jus habet, hinc cum haereditas jacens perso-
nam defuncti in plerisque repræsentet, etiam haeredi-
tarius servus adhuc stipulari potest, qui interim acquirat ha-
reditati, & futuro postea haredi. h. in pr. Quidamcunque
autem

Rei deben-
di qui,
qui creden-
di.
rei stipu-
landi.
rei promit-
tendi.
effectua cor-
reorum.

autem servus stipuletur, sive sibi, sive conservo, sive domino, sive impersonaliter, semper domino acqvirit. §. 1. b. nisi stipuletur factum. v. g. iter sibi per fundum vicini. tum enim iter hoc acqvirit sibi, jus autem itineris seu cundi per servum ipsi dominio. §. 2. b.

Servus communis acquirit dominum. Servus autem communis si sit, is stipulando acqvirit dominis pro rata dominij, nisi nominatim uni, vel jussu unus, vel etiam ab uno domino stipuletur, tum enim acqvirit alteri. §. fin. b. aut in stipulatione præponat nomina propria dominorum, tum enim illis acqvirit pro rata personarum. per L. 37. ff. b. t.

TITULUS XIX.

De divisione stipulationum.

*S*tipulationes aliæ sunt *judiciales*, aliæ *prætoriae*, aliæ *communes*, aliæ *conventionales*, ut habetur h. in pr. *Judiciales* sunt, quæ pendente lite incidenter à judice petuntur. v. g. cautio de dolo abfuturo, de persequevendo servo fugitivo. §. 1. b. *Prætoriae*, quæ extra formam judicij nobili prætoris officio præstari jubentur, v. g. cautio de damno infecto. item legatorum, vel fideicommissorum servandorum causâ. Ad has refer ædilitias, qualis est stipulatio simplæ, vel duplæ in casum evictionis. L. 56. ff. De evict.

Prætoriae, aliæ *judiciales* dictæ à judicio, quæ à Prætore judicij firmandi causâ interponi jubentur, v. g. judicatum solvi. L. 6. ff. *Judic solvi*. item rem ratam haberi. aliæ *communes*, quæ partim processum, partim effectum judicij respiciunt, veluti judicio fisti. aliæ *cautionales*, quæ à Prætore interponi jubentur, ut vel nova actio nascatur, vel ut cautum sit, qualis est ea, quæ legatorum servandorum causâ, item rem pupilli salvam fore, item damni infecti. L. 6. ff. De damn. infect.

Diffe-

Differunt judiciales prætoriae à judicialibus simpliciter, quod in his sufficiat re promissio, in illis fidejussio requiri regulariter, hæ poenales sicut perpetuae, illæ annales, hæ habeantur sparsim, illæ sub certis titulis, differant à judicialib. simpliciter.

Conventionalis sunt, quæ sunt ex partium conventione, §. 3. b. *Communes*, quæ quandoque à Prætore, quandoque à judice, seu quandoque principaliter, quandoque incidenter *communes* interponi jubentur, veluti rem pupilli salvam fore. item rem que, ratam haberi.

Est & stipulatio alia *dividua*, quando res promissa pro parte præstari potest, & præstata pro parte liberationem patrit, alia *individua*, quæ vel non potest præstari, vel liberacionem pro parte non patrit, utilis propter heredes, nam si est dividua, quilibet se pro parte sua liberare potest, non etiam, si individua. Exemplum dividua in summis. item in homine in specie debito. Individua in servitutibus, item in homine in specie debito. Individua in servitutibus, item in homine promisso in genere.

TITULUS XX.

De inutilibus stipulationibus.

*I*nutilis stipulatio est, quæ non est conformis legibus, sive id ex defectu materiae, materia enim est tantum res mobilis, & immobilis, h. in pr. quæ vel est, vel existere potest, unde rei impossibilis stipulatio est nulla. §. 1. b. sicut & si res non sit in commercio. §. 2. b. quæ nec sub conditione in stipulationem deduci potest, quamvis res propria possit. d. §. 2. sic &, si promissa res sicut sacra, stipulatio evanescit, ibid. si quis alterum quid daturum, vel facturum promittat, stipulatio non valet. §. 3. b. nisi promittendo hoc, simul factum promittat suum, vel ad id ex natura contractus, vel aliunde obligatus sit.

*ex defellit
forme
nulla.*

Eodem modo alteri quis stipulari non potest, nisi pro eadem habeatur persona, valet tamen, si quis stipuletur *sibi* & *alteri*, quo casu alteri solutio fieri poterit, si in eodem statu permanferit, à quo tamen stipulator repetet solutum. Quod si autem quis *sibi* & *alteri* stipuletur, valet pro medietate stipulatio, nè utile per inutile vicietur. §. 4. h. Favore tamen datis receptum, ut quis alteri stipulari eam possit. L. 45. *Solutio matrim.*

Ex parte formæ stipulatio est totaliter nulla, si responsio non sit congrua in qualitate, nisi illico incongruitas adhuc placeat. L. 1. §. Si quis. 3. De V. O.

Sin autem sic incongruitas in quantitate, non viciatur, nisi quoad excessum; quia hoc casu summa minor inest majori & physicè & intentionaliter, ut utriusque in idem concurrat consensus, unde comparatio in §. 5. inter hæc duo non est adæqvata.

Si dominus à servo, pater à filiofamilias stipuletur, civilis obligatio non nascitur; quia pro eadem habentur persona. §. 6. h. & cùm necessariò reqvirantur verba, nec mutus, nec surdus, stipulari possunt. §. 7. h. multò minus furiosus, cùm nîl intelligat. §. 8. h. prodigus autem & pupillus infantia proximus, sibi quidem stipulari possunt, promittere autem nequeunt. L. 6. De V. S. §. 9. h.

Conditiones quidem stipulatio non respuit, impossibilis tamen adjecta eam viciat, nisi negativè enuncietur. §. 10. h. modò non sit impossibilis lege. L. 7. §. *Maleficium. De pact.*

Absentes, id est, ij, qui in eo sunt loco, ut se audire non possint L. 1. De V. O. stipulari non possunt, si autem instrumentum contineat, quòd unus alteri promiserit, præsumuntur præsentes fuisse, sicut & sibi per stipulationem promisisse, nisi elare doceatur contrarium. §. 11. 16. h. & L. Optimam. 14. Cod. De contrahend. & committ. stipulat.

Si

Si quis stipuletur sibi post mortem, vel pridie quam mortem stipulatur, hodie valet. §. 12. h. cùm actiones tam activè, quam passivè ab hereditibus inchoari possint. Cod. Ut act. & ab heredib. & rem bodie contra hered. incip. sic & Justinianus L. 25. Cod. De testam. statuit, ut indistinctè stipulatio præpostera valeat, & non tam, verba inspiciantur, quam mens. §. 13. quæ esse videtur, ut prius eveniat conditio, quam fiat datio, licet verba aliud importent. exemplum in §. 13. h. stipulatio cum mortar etiam olim valebat. §. 14. h. quia viventes morimur. L. Caius. 22. ff. Des SCto Silanian. sicut & stipulatio post mortem alterius, ut habetur, §. 15. h. Pluribus rebus in stipulationem deductis copulativè, tot sunt stipulations, quot res, unde promissa unâ, valet una stipulatio. §. 17. h. si enim disjunctivè, una est stipulatio. L. 83. §. 2. De V. O. ut electionem debitor quidem habeat in solutione, non etiam in promissione, nisi summæ sint. d. L. 83. §. 3. Alteri extraneo quis stipulari nequit; si tamen poena adjecta, poenæ metu promittens implere cogitur. §. 18. h. Sic & valet, si alteri dari stipulantis intersit, exempla in §. 19. h. Promittens factum alienum non tenetur, nisi poena adjecta sit. §. 20. sicut autem quis rem suam, ita nec in casu, quo suæ erit, stipulari potest. §. 21. Et si in ipsa re consensus contrahentium non concurrat, stipulatio nulla est. §. 22. sicut & si quis turpe quid promittat, v. g. furtum, §. 23. Neque obligatio tantum; sed & spes obligationis ex obligatione conditionali resultans, tam activè, quam passivè in heredes transit. §. 24. & eveniente conditione agi potest. §. fin. sicut lapsu tempore, si tempus adiectum sit, unde versus:

Anno si debes, in fine teneberis anni.
Secus est, si annuè, unde alter:

Annuas si debes, tunc inspicias caput anni.

Q

TI

TITULUS XXI.

De Fidejussoribus.

Fidejusso
quid.

obligatio
et materia
fidejussionis

Fidejussio est species stipulationis, quā quis à creditore, rogatus pro altero fidem suam se interponere respondet, salvamento principali debito. ubi continetur, qvomodo à mandato, sponsione, constituto, expromissione, & correo differat. Respicit fidejussio & creditoris gratiam, & etiam debitoris. b. in pr. unde & obligatio materia fidejussionis est, etiam ex delicto contracta, dummodo non agatur ad poenam corporalem, ad quam se quis obligare neqvit. L. 13. ff. Ad Leg. Aqvit. Quamvis de judicio sibi reum se quis obligare possit. L. 1. 2. 3. 4. De cœsod. reor. Naturali tantum obligationi etiam fidejussor aeedere potest, qui fidejussor etiam civiliter obligatus erit. §. 1. h. L. 70. §. Add. ff. b. t. dummodo non pro domino apud servum intercedat. L. Si quis pro eo. 56. §. 1. ff. b. t., neque pro prodigo declarato. L. 6. ff. De V. O. cùm huic obligationi omnes omnino effectus sublati sit, Uxor quoque à marito ad conservandam vel restituendam dorem fidejussorem exigere neqvire, nè perfidia in connubio generetur, Cod. Nè fidejuss. dotium dentur, nisi id fiat soluto matrimonio. L. un. §. 7. Cod. De R. II. act. fidejussione præstata, non fidejussor tantum; sed etiam hæres ejus obligatus est. §. 2. h. nisi aliter conventionum sit, vel expressè, vel tacite, dum debitor in locum demortui, alium se substitutum promittit. Fidejussio subsequi & præcedere potest. §. 3. h. & L. 6. §. fin. b. t. quo posteriori causa sine effectu erit, donec principalis debitor fiat.

plures obli-
gati in so-
lidum ba-
bent beze-
fis. ordin. Contingit non unum; sed plures fidejubere pro eodem debito, quo casu licet sint singuli obligati in solidum. L. 3. h. t. & ante principalem conveniri possint de jure. L. 5. Cod. eod. divisionis. Cod. h. t. & beneficium divisionis, quod etiam epistola D. Adriani dicitur.

dicitur. §. 4. h. quo se tueri possunt, si principalis, vel fidejussores solvendo sint regulariter. Præter quæ, si unus solidum solvere velit, potest ante solutionem petere sibi adversus confidejussores cedi actiones, unde cessionis, vel cedendarum actionis cessionis. num beneficium dicitur, ut eos pro rata, ubi quid habuerint, convenire possit. L. u. 14. Cod. h. t.

Fidejubens tamen cum muliere beneficium divisionis non habet, licet habeat fidejubens cum minore. L. 48. in pr. Et fidejussio est accessoriæ obligatio, ideo eatus in ea plus esse nequit, quam in principali, potest tamen esse minus. Exempla vide in §. 5. h. Quod si principalis naturaliter tantum, fidejussor etiam civiliter obligetur, tum non in plus, sed plus tantum, seu non in plus extensivè, sed intensive obligatus est. Et si in majorem quantitatem fidejubeat, valebit adhuc pro concurrente quantitate. L. Rogatus. 33. ff. Mandat. cùm ad eam utriusque concurrat consensus, & utile per inutile vitiari non debeat. Si fidejussor solvere coactus, vel ad solvendum condemnatus sit, poterit principalem debitorem actione mandati convenire. §. 6. h. ut opus non habeat petere sibi cedi actiones, quamvis possit, si velic. Novell. 4. Cap. 1. in fin. valet fidejussio etiam græcis verbis facta. §. 7. h. & si in instrumento scriptum reperiatur aliquem fidejussisse, per stipulationem fidem suam interposuisse præsumitur, cùm ea sit de solennitate intrinseca. Intrinseca enim, solennitas est, quam verborum natura, vel necessariò comprehendit, vel communiter comprehendere solet, fidejussio autem communiter per stipulationem fieri solet, ergo.

Observa, quod mora rei principalis fidejussori non noceat, nisi hic in omnem causam fidejusserit. L. 54. ff. Locati. non nocet item, quod fidejussor esse debeat idoneus, & facultatibus, & fidejussori facilitate conveniendi, inidoneum, v. g. minorem, mulierem, militem, quis acceptare non tenetur.

Q.

D.

TITULUS XXII.

De literarum obligationibus.

contractus literis.

olim nominibus.

*bodie litera-
ru iniri
dicitur.*

exceptio non numerate pecunie.

Sequitur de contractu literis inito, placuit enim non minus valere, quod scripturā, quam quod vocibus lingvā figuratis significamus. L. 28. ff. *De obligat. & ad. Contractus ille olim nominibus iniri dicebatur, ob scripta nomina in Calendarium ab argentarijs auctoritate publicā, vel mensularijs autoritate privatā eorum, qui pecuniam sub foenore accipiebant, vel dabant.*

Hodie is, qui spe futuræ numerationis dat chirographum, in quo fatetur se mutuum accepisse, literis obligari dicuntur, non civiliter tantum; sed etiam naturaliter ob consensum, cum conditio in mente retenta nihil operetur: L. 7. Cod. *De conduct. obcaus. dat.* unde creditor conditionem ex lege intentare potest; sed repellitur exceptione non numeratae pecunie. L. In contractibus. Cod. *De non numer. pecun.* quæ cum privilegio, id est, rejectione oneris probandi in actorem, hodie per biennium durat. *textus hic.* postea, si debitor sibi non numeratum esse mutuum probare possit, durat in perpetuum, tum, nè, quod respicit favorem, retrorseatur in odium, tum; quia concurrit cum exceptione doli, quæ perpetua est. L. 5. ff. *De dolis except. tum;* quia sati deducitur ex L. 13. Cod. *De non numer. pecun.* *Textus opponi solitos de exceptione pri-* vilegiata, non de communi intellige. Ratio; quia intrâ biennium præsumptio pro debitore est, quod non acceperit, post illud autem, quod acceperit, & quamvis actori juramentum deferre nequeat. per L. 14 §. *Illi. Cod. d. t.* non sequitur tamen, quod aliter probare non licet. L. *Si quis. ii. Cod. De reb. credit.* si persolam stipulationem anticipatò promissio facta sit, verius privilegiatam hanc exceptionem non competere, quamvis adhuc competat ei, qui eidem renunciavit etiam ju-

ratò,

ratò, dummodo non jurârit se mutuum accepisse. L. *fin. Cod. h. t.* Ad similitudinem, si maritus se dotem accepisse scriptò fasili sit, est exceptio dotis cante non numerata, seu confessata pri- *dotis canta* vilegiata per tempus, qvod vide in *Auth. Quod locum. Cod. De non numer. dot. caut. non numerat.* Item, si spe solutionis data sit apocha, rate, quæ privilegium habet per 30. dies, d. L. 14. §. 2. *Cod. De non nu-* *mer. pecun.*

TITULUS XXIII.

De obligationibus ex consensu.

Contractus consensu initi, id est, qui mox per consen- *Contractus* sum perficiuntur, recensentur quatuor. *emptio & consensu* venditio, locatio & conductio, societas, mandatum, *initi quo* qui omnes Synallagmatici, & bona fidei sunt. *Textus h.*

TITULUS XXIV.

De emptione & venditione.

Emptio & venditio est contractus consensu initus, in quo convenimus de re cum pretio commutanda. *emptio & venditio* alia dicitur *inchoata*, alia *perfecta*, alia *consummata* per traditionem rei & pretij numerationem. Intervenire solet etiam arrha in signum illius, vel inchoatae, vel perfectæ. si perfectæ, tum quidem amplius recedere non licet, nè id, quod factum est in confirmationem, operetur destructionem, datur tamen electio alteri: an ad implementum contractus, an ad commissionem arrhæ agere velit, si in signum inchoatae, pendente tractatu, vel si adhuc aliquid contractui desit, si recedat, arrham dans eam amittit; sin alter, in duplum eam, reddere compellitur. *Textus hic.* Scriptura non requiritur, ad valorem hujus contractus, nisi partes velint, cum prius *scriptura* *non requiri-* *perfe-* ritur.

præmium
requiritur
certum.

ut confiat
in pecunia:

pecunia un
de dicta,
& quid.

Regula.

perfectum non esse, in quo casu dicetur esse scriptura conditio sine qua non. Dictum reqviri præmium, sine quo venditio est nulla. L. 55. ff. *De contrahend. empt.* illud autem etiam certum esse debet, vel in se, vel per relationem ad aliud, vel alium, v. g. quanti Tertius nominatus aestimabit, quo casu independenti est, donec is aestimet, aestimatione autem factâ perficitur, sin autem quis se immodicè lasum putet, ad arbitrium boni viri datur recursus. L. 70. 77. 78. *Pro Socio.* Nec sufficit præmium certum, sed etiam in numerata pecunia considerere debet, juxta Nervæ & Proculi sententiam, quam Justinianus approbat. §. 2. h. ut sciatur, quis sit emptor, quis vendor, quid merx, quid præmium. Sin autem decur res pro re, fit permutatio. Quod si partim præmium, partim res pro re dedetur à volente emere, erit emptio. L. 6. §. 1. 2. *De act. empt.* si non pateat, quid velit, presumitur pro excessu.

Præmium igitur in pecunia eaque numerata saltem verbaliter consistere debet, est autem pecunia à pecude dicta materia quadam, cuius publica est aestimatio, ut difficultatis permutationum qualitate & quantitatis subveniat. L. 1. ff. *De contrahend. empt.*

Regula est: casus fortuitus nocet domino. L. 6. Cod. *De pignorat. ad.* dominus autem rei venditæ ante traditionem, licet adhuc sit vendor, pertinet tamen contractu perfecto periculum ad emptorem. §. 3. b. quia empta res in specie, cuius interitus nocet creditori, si venditio sit pura, nec vendor periculum in se suscepit, vel id dolo, aut culpâ etiam levi contigerit, sic & vendoris esset, si res fungibilis vendita ante dimensionem pereat. L. 35. §. 5. *De contrahend. empt.* aut ob delictum vendoris sit publicata. L. 33. Locat. vel post mortem vendoris, vel ex causa interitus prius contracta pereat. L. 14. fin. Cod. *De pericul. & commod. rei vendit.* Degustatio vini

peri-

periculum qualitatis ad emptorem transire facit, qualitatem enim tantum degustatio probat. L. 4. ff. *De pericul. & commod. rei vendit.* L. 34. §. 5. *De contrahend. empt.*

Signatio vasis, nè submutetur, tantum sit. L. 1. §. Si do- dium. ff. *De pericul. & commod.* èò, quod malit hoc præ reliquias. Emptæ tamen trabes, & signatæ videntur traditæ. L. 14. in fin. d. t.

Si itaque res vendita ante traditionem casu pereat, cum pereat emptori, is adhuc præmium solvere tenet. §. 3. hic & L. fin. Cod. d. t. sicut autem periculum est emptoris, ita & commodum. §. 3. b.

Ut alij contractus, ita & iste & purè & sub conditione & sub pactis iniri potest. §. 4. b.

Famosum est pactum additionis in diem, ut si quis meliorem conditionem attulerit, res vel sit rursus inempta, & tunc parè, vel si non attulerit, primè empta, & tunc sub conditione iniri dicatur. L. 1. & seqq. ff. *De addicç. in diem.* alterum est pactum commissorium, ut, si intrâ tempus præmium non solvatur, res sit inempta. L. 1. 2. ff. *De leg. commiss.* si dies non sit apposita in priori pacto, per annos triginta melior conditio adferri potest: in posteriori committetur, si interpellatus non solverit.

Terrium est pactum retractus. ubi aliquis retrovende- retractus
re cogitur, vel ex conventione, & conventionalis, vel ex con- quotplex
suetudine, & consuetudinarii dicitur, qualis usitatus est Gen- tilitius, seu consanguinitatis, ubi agnatus rem venditam ex- traneo retrahere potest, per jus protomiseos, seu prælationis. In prioribus pactis in continentí appositis actio ex empto & vendito competit, tanquam ex parte contractus. In poste- riori conditio ex statuto in rem scripta.

Materia hujus contractus est res omnis, quæ est in commercio. §. fin. b. si quis tam ea rem extra commercium, omnis res.

ven-

Pactum ad
ditionis
in diem.

commis-
sorium.

vendendo emptorem deceperit, huic actio ad id, quod interest, dabitur. L. 4. L. 62. ff. De contrahend. empt. Emi etiam potest res, quae nondum existit. v. g. fructus, qui nascentur, ubi subest conditio, si nati fuerint. L. 1. in fin. De condit. & demonstrat. vel spes fructuum, quae emptio aleæ, jactus dicitur, quo casu pretium debetur, licet hi non nascantur. L. 12. ff. De act. empt.

*error circa
corpus vi-
riat.*

Quod si error interveniat, isque sit circa corpus ipsum, v. g. Stichus pro Pamphilo, vel circa qualitatem substantiam. v. g. æs pro auro, emptio est nulla. L. 9. ff. De contrahend. empt. quia hoc casu emens magis fertur in illam qualitatem, quam in corpus, quod videt, vel est circa qualitatem accidentalem. v. g. vendatur aurum; sed deterius, tunc emptio adhuc valet. L. Aliter. 10. 11. ff. d. t.

*an venditio
rei destru-
tae valeat.*

Quod si res destructa vendatur, & id uterque scivit, contractus non valet, nec si uterque ignoravit, nisi major pars adhuc existet, si vendor scivit, valet, si aliqua pars extet, tenet uterque ad interesse. idem est, si emptor solus scivit. L. 57. ff. De contrahend. empt. si res furtiva sit vendita, quid juris? vide L. 34. §. Item si & emptor. d. t.

*effectus con-
traclus em-
ptiorum.*

Effectus contractus perfecti est, ut vendor rem tradat, juxta L. 25. §. fin. ff. d. t. & emptor pretium det juxta L. 7. Cod. De act. empt. disparitatis ratio datur prima; quia is debet speciem, hic genus. secunda, emptor per traditionem rei habet usum in fructibus, vendor pretij non haberet. tertia, quod regulariter debitor debeat dare, ob frequentiam vero hujus contractus, hic sit casus exceptus, ut debeat quidem habere intentionem dandi, nihilominus tamen satisfaciat tradendo rem, ne semper orientur lites, quasi non esset satis factum contractui, sufficiatque, quod teneatur de evictione. pretium autem juxta regulam teneatur emptor dare.

Ex contractu itaque perfecto datur emptori actio em- pti,

pti, ad rem tradendam, venditori vero actio venditi ad premium dandum.

Quod si res vitiosa sic tradita ex vito tali, quo præviso alter non fuisset empturus, competit actio redhibitoria. L. II. Iud. 29. §. 2. ff. De adilit. edict. si autem fuisset empturus, sed non tali pretio, actio quantiminoris, seu estimatoria. L. Quidam. 6. d. t.

Dictum, quod vendor teneatur de evictione, est autem evictione rei nostræ, quam adversarius etiam legitimo titulo acquisivit per judicem facta recuperatio, quæ sine culpa, quid facta, vendor emptori premium, & id, quod interest, reddere tenetur. L. 70. ff. De evict. modo emptor item motam esse eidem in tempore denunciaverit. L. 20. Cod. De evict.

Quares, quo pretio rem emere, & vendere liceat? R. quo pretio summo vendere, infimo emere, & sic intellige L. 16. §. pen. ff. liceat emere. De minorib. si laesio ultra contingat, in foro interiori quis tutus re & ven- non est, & si ultra dimidium, nec in foro exteriori, competit dere. enim laesio condicione ex L. 2. Cod. De rescind. vendit. ut vel pre- sumptio suppleatur, vel contractus rescindatur.

TITULUS XXV.

De locatione, & conductione.

Locare, quasi locum dare dicitur, qui aliquid facient locare quia dum offert, vel usum rei alicuius concedit, constitut dicatur. tam mercede, qui id suscipit, conducere dicitur. ut contractus iste sit, quo convenimus cum altero de rei usu, vel locationis fructu, vel hominis operis concedendis pro certa mercede; usus enim in domo, fructus in fundo, operæ in homine. Alius dicitur inchoatus, alias perfectus, alias consummatus. Ex perfe- ctio datur actio locati locatori, ut finitam locationem res eadem re- conductio. situatur, & merces, item conducti conductori, ut liberum ha- bear.

beat usum, vel si opera sunt locatae, ut eas adimpleat. L. 2. L. 17. Cod. L. 9. §. 2. ff. Locat. conduct. cogitur tamen quibusdam casibus conductor ante tempus cedere, quos vide in L. 3. Cod. b. t. in L. 54. §. Inter locatorem. & L. 56. ff. b. t.

Sicut determinatio pretij. §. 1. tit. præced. ita hic determinatio mercedis in arbitrium tertij conferri potest. §. 1. est tamen locatio quædam, quæ fruendi dicitur, in qua pensionis loco præstantur fructus. L. Si olei. 20. Cod. b. t. & quidem certi, per quod à colono. partario differt, qui incertos fructus, v. g. tertiam partem promittit. L. 25. §. Vis major. ff. b. t.

*locatio fru
endī differt
à colono
partario.*

*contractus
innomina-
tus qui.*

Quod si opera conducantur non expressa mercede certa, erit contractus innominatus, qui specificum nomen non habet, quales sunt: do, ut des, do, ut facias, facio, ut facias, facio, ut des. Ex quibus actio præscriptis verbis nascitur, de qua L. 1. 4. 5. ff. De prescript. verb. ex contractu autem, facio, ut des, decur actio de dolo. L. 5. §. 3. ff. De prescript. verb.

Sicut autem pretium, ita & merces in pecunia consister regulariter debet. unde, si commode bouem, ut is mihi rursus postea commonet, contractus innominatus erit. §. 2. b.

*Emphytev-
sis quid.*

Ad contractum hunc olim communiter referebatur. Emphytevsis, seu contractus insititus. Zeno voluit propriam ejus esse naturam. L. 1. Cod. De jur. emphytev. definitur, quod sit contractus consensu initus, quo convenimus de utili rei immobilis dominio transferendo sub lege pensionis annua, & meliorationis.

*& quotu-
plex.
differt ab
alij con-
tractibus.*

Estque alia *civilis*, alia *Ecclesiastica*, alia *temporalis*, alia *perpetua*, alia *hereditaria*, alia *non*, differt ab *empione*, in pensione & dominio utili, per quod posterius etiam à locatione, differt à feudo per meliorationem, cum feudum obliget ad fidem, à contractu libellario, quod hic sit certis temporibus renovandus, vel sit sub-emphytevsis, à superficiario, quod hic can-

tantum jus in re & superficiem tantum habeat, cum emphytevta habeat rem cum solo, à precaria, quod hæc debeat de quinquennio in quinquennium renovari.

Differt à fundo *censitio*, quod in hoc plenum dominium habeat possessor, neque committatur fundus, licet per plures annos pensio non solvatur, est autem *census* jus legitime constitutum recipiendi pensionem ex re, vel obligatione aliena. alius *resignatus*, seu *fundarius*, alius *consignatus*, seu *constitutus*. alius *realis*, alius *personalis*, alius *mixtus*, ubi hypothecaria actio beneficium ordinis non admittit. item alius *pecuniarius*, alius *fructuarius*, alius *irredimibilis*, alius *redimibilis*, qui licet personalis sit, à mutuo differt, quod requirat fundamentum, personæ industriam, lucrandique facultatem.

Extinguitur emphytevsis rei interitu, si tota pereat. *extingui-
tur rei in-
teritu.*

Sipereat tota, liberatur emphyteota,

Sed, si pro parte, nullā, liberabitur arte.

Committitur primò, per non solutum canonem, in ci- committi-
vili per triennium, in Ecclesiastica per biennium, ubi tamen tur per nom
purgatio moræ admittitur. L. 2. Cod. De jur. emphytevt. Cap. fin. soluum ca-
nonem.

x. De locat. Secundò, per alienationem sive consensu domini per aliena-
factam, nisi per bimestre tacuerit. L. 3. Cod. b. t. tionem.

Scriptura absolute necessaria non est; sed est pro me-
liori probatione.

An Emphytevsis sit contractus juris gentium & bona fidei, an civilis & stricti juris, diversæ sunt sententiae, elige, quam vis. hoc

Observa, si Emphytevsis alienetur, quod novus emphytevta quinquagesimam pretij partem directo domino solvat. d. L. 3. & sic eum laudet. unde & tandem, vel laudatum dicuntur, redimus ad locationem, ubi

curans an- Quæstio prima, qualem contractum ineat, qui aliquid, *nulos que-* v. g. annulos ab artifice curat fieri convento pretio? Respon-*lum contra* detur, si curans det materiam, erit locatio; si non, erit em-*titum in eis?* pto. §. 4. b. t. Secunda, quam culpam præstet conductor? *conductor* Respondetur, ex regula etiam levem, per L. 23. *De reg. jur.* un-*præstet cul-* pame levem. *proficit cul-* pame levem. *diligentissimus*, pro diligens accipere in §. 5. b. t. vel si artem profiteatur, aut natura rei levissimam exigat, d. §. 5. intellige. *cjus morte* Tertia, an morte conductoris expiret? Respondetur negati-*non extin-* vè. §. fin. b. sed transit ad hæredes ex parte utriusque; suc-*guntur.* cessor tamen singularis stare non tenetur. L. 9. Cod. *De locato.* *Is quando* Quarta, quando conductor faciat fructus suos? Respondetur *sacrat fru-* etiam ante solutam mercedem. L. 7. ff. *In quib. caus. pig. tacit.* *ctu suis.* contrah. Quinta, an ob sterilitatem remittatur pensio? Re-*quando ob* spondetur, ita, per L. 25. §. *Vis major.* 6. L. 15. §. 2. ff. b. t. nisi con-*sterilita-* tigerit fructibus plenè perceptis, vel ubertas præcedens, vel *tem remit-* tatur pensio subseqvens eam compenset.

TITULUS XXVI.

De societate.

societas **E**st & contractus consensu initus *societas*, in quo de-*quid, &* rebus, vel operis, vel utrisque simul communican-*grotuplex.* dis convenitur, uberioris quæstus, lucri, vel usûs gra-*tiâ,* ite enim est finis: alia est *universalis*, si omnia bona vo-*lunt esse communia.* L. 33. ff. *Pro socio* quæ hoc casu erunt, etiam absque traditione. L. 1. §. 1. L. 2. d. t. nisi sint actiones di-*rectæ,* quæ cedi debent. L. 3. cod. *alia particularis*, si certæ expri-*mantur res.* L. 5. d. t. *alia simpliciter inita*, quam intellige-*respectu rerum ex quæstu provenientium.* Natura societa-*atis est, ut lucrum & damnum communicetur pro contribu-*tionē quantitatis & operarum, nisi aliter conventum sit. §. 1. b. Et L. 29. ff. b. t. sicut etiam conveniri potest, ut unus, partes lu-

lucri duas, damni unam: alter damni duas, & lucri unam habeat. §. 2. b. vel quia opera alterius est valde pretiosa, vel quia in favorem alter cedit; pacta enim dant legem contra-*ctibus.* L. 23. *De reg. jur.* si salva maneat substantia, ut hæc. Si tamen partes expressæ sint simpliciter, in lucro v. g. venient eædem in damno. §. 3. b. valet etiam conventionis, ut unus lucri partem habeat, & nullam damni, intellige, si in alia rela-*crum, in alia damnum sit illatum;* deducto damno divide-*tur lucrum;* si autem nullum sit lucrum, alter solus da-*mnum sentiet.*

Ut autem unus totum lucrum, alter damnum habeat, non valet. L. 29. ff. b. t. & *Leonina* *societas* dicitur. Ut unus *societas* ex socijs periculum, alter autem solus lucrum certum absque periculo habeat, non valet. esset enim non tam *societas*, quæm potius mutuū, & conseqventer usura, nisi aliis titulus excusat. de quo tit. 15. *suprà unde* L. 29. §. 1. ff. b. t. intellige in casu, quosuperest lucrum damno deducto. Potest tamen id fieri per contractum *affectionis* seu tripartitum, ubi primò *socie-* *contractua-* *tas* initur. secundò, pro lucro sperato incerto, pro rata quis *affectionis.* petit minus, sed certum, tertio, cedit quid de lucro promis-*so certo, ut alter suscipiat in se periculum sortis.* quo casu ad-*huc manet societas, cum non expresse, sed indirectè tantum* apponantur pacta, quæ sunt contra naturam *societatis.*

Inita autem *societas* solvit pluribus modis, primò *Quibus renunciatione* non tantum mutuâ, sed etiam propter dif-*modis societatis solvatur* cordias unius tantum, sive expressâ, sive tacitâ, ipso facto. L. 27. §. 20. *De legat.* 2. L. fin. Cod. *Comm. divid.* L. 64. ff. *Pro socio.* etiam sine causa regulariter. L. 14. 15. 16 ff. b. t. modò non sit callida in commodum proprium, quo casu lucrum captatum adhuc comunicare renuncians débabit. §. 4. b. L. 65. §. 3. ff. *Pro socio.* secundò, morte unius socij solvit *societas*, gesta tamen priùs explicanda. §. 5. b. L. 65. §. 9. ff. b. t. unde ad hære-*des*

des ea non transit, nisi sit societas vestigialum in casu certo, arg. à contrario, ex L. *Dat. m. u.*, §. *fin. ff. De publicanis.* desumpto. Tertiò, finito negotio. §. 6. b. L. 65. §. 10. h. t. Quartò, publicatione bonorum spectantium ad socium. §. 7. h. & L. 65. §. 12. Quintò, cessione bonorum à socio factâ. §. 8. h. & L. 4. ff. h. t.

*socius socio
ad quam
culpam te-
neatur.
actio pro
socio quid*

Cùm autem hic contractus gratiam utriusque respi-
ciat, socius socio dolum, latam & levem præstare culpam te-
netur. §. *fin. h.* Nasciturque ex hoc contractu actio pro socia
utrinque directa, quæ datur socio adversus socium, ut lucrum
ex re communi perceptum, vel expensum communicetur
cum interesse à tempore moræ. L. 69. *ff. Pro socio.* quæ locum
habet finitam societate, quâ socius sibi reddi rationes desiderat,
non autem edit tantum, quæ editio etiam stante societate pe-
titi & fieri potest; est enim reddere inter & edere differentia.
L. *Boves. 89. §. 2. De V. S.* Qualicunque autem actione sive
speciali, sive generali conventus sit socius, habet conventus
beneficium competentiæ de quo §. *Antepen. infra De actio-*
nib.

TITULUS XXVII.

De mandato.

*mandatum
unde dictum,
quid, &
quotuplex.*

Mandatum à manu danda propter fidem dictum, aliud est publicum, quo negotium publicum, aliud privatum, de quo hic; quod est contractus consensu in ictu, in quo negotium aliquod alteri expediendum committitur absque mercede ex amicitia, & expediendum suscipitur, ut distingvatur à commendato. L. 12. §. 12. *ff. Mandat. & conducto.* L. 1. §. 1. *cod.* aliud est expressum, aliud tacitum, ex actu collectum. L. 6. §. 2. *ff. h. t.* aliud judiciale, aliud extra-judiciale, aliud universalē, vel cum libera, vel finē ea, aliud par-

ticiu

ticulare. Initur autem mandatum modis quinque *hic. in pr. quomodo*
primò, mandantis gratiâ tantum, v. g. mando, ut mihi emas *intetur,*
quid. §. 1. b. secundò, mandantis, & mandatarij, v. g. emas
mihi, & tibi fundum. §. 2. tertio, alienâ, v. g. mando, ut Titio
emas. §. 3. quod vel in mandato speciale est, vel valet, si man-
dantis saltè aliqualiter intersit, sicut interest hominis ho-
minem beneficio affici, videtur tamen obligatio & actio non
nisi inter contrahentes nasci & dari. L. 6. §. 4. *ff. b. t.* Quartò,
mandantis, & alienâ, v. g. mando, ut mihi, & Titio emas. §. 4.
Quintò, mandatarij, & alienâ, v. g. mando Tibi, ut Titio sub
usuris pecuniam credas. §. 5. b. Mandatarij gratiâ tantum,,
non tam est mandatum, quām potius consilium, ex quo nou-
nascitur obligatio juxta L. 47. *De reg. jur.* nisi sit fraudulen-
tum. d. L. 47. & §. 6. b. quia liberum est seqvi, vel non, vel
transeat in mandatum, utpote factum in gratiam tertij, v. g.
svadeo, ut Titio credas pecuniam sub usuris potius, qvām in-
emptionem rerum colloces, si fraudulenter, tenetur quis de-
dolo. L. 8. *ff. De dol. mal.* quod non ex eventu, sed ex circum-
stantijs dijudicandum erit.

Ut verò mandatum sit obligatorium, non debet esse *mandatum*
contra bonos mores. §. 7. b. & L. 6. §. 7. *ff. b. t.* v. g. mando, ut *contra bo-*
nos mores
non valeret.
occidas Titium, qvamvis tali casu & mandans & mandatari-
us teneantur ex delicto, quia neque servis per mandatum
domini delinqventibus ignoscitur in atrocioribus. L. *Servus.*
De obligat. & act. actio tamen mandati contra mandantem non
dabitur.

Suscepto mandato, mandatarius fines mandati, si præ-
scripti sunt, egredi non debet. L. 5. *in pr. ff. b. t.* & L. 12. *Cod. cod.*
quod si excesserit, idque contigerit in summis, videtur ta-
men adhuc actio dari mandati, pro summa manda. L. 33. *ff.*
b. t. nè utile per inutile vicietur; pro excedente non, nisi ex-
cessus profuerit mandanti, ubi negotiorum gestorum actio
com-

competet. L. 2. ff. & L. 2. Cod. De negot. gestis. non videtur enim positivè, & verè fuisse invitus mandans, si sibi sit utile.

Quirem certam certo pretio ex mandato emi, minori emit pretio, fines non excedit: secùs fit, si ex mandato elocanda sit. §. 8. b. t. ex verosimili mandantis mente.

Quomodo solvatur mandatum Expirat mandatum primò, revocatione mandantis. §. 9. b. quia gratiam ejus respicit, dummodo res sit integra, vel si non, interesse præstet. L. 8. §. 6. ff. b. t. unde integra esse dicitur, si mandatarij nūl intersit. d. §. 6. revocatio tamen innoscere etiam mandatario debet. L. 15. ff. b. t. nisi mandatum ad matrimonium contrahendum. Cap. fin. De procurat. in 6. vel filio ad manumittendum servum sit datum. L. 4. ff. De manumiss. vindict. Tacitè autem, an expressè fiat revocatio, nihil refert, arg. L. 38. De solut. secundò, expirat morte mandantis, re integrâ; quia cessat voluntas, nisi post mortem sit implendū, ut in L. 12. §. fin. ff. b. t. vel subsit favor dotis, libertatis, arg. L. 9. §. 1. De jur. dot. vel mandatarius mortem ignoret, exemplum in §. 10. b. item mandatary; quia personæ industria est electa, dummodo sit integrum mandatum. §. 10. b. & L. 15. Cod. b. t. aliàs enim perficiet hæres. arg. L. 5. §§. De administrat. tut. tertio, expirat renunciatione mandatary, si res integra. §. 11. b. idque ob jus æqualitatis, cùm enim mandans possit revocare, potest & hic renunciare, si negotium suscepsum ipse mandans, vel alius, adhuc expedire potest.

Iniri mandatum potest & purè & non purè addendo conditionem vel diem, consensu qualitercunque expresso. §. 12.

Debet esse gratuitum, honorarium tamen admittit. Debet autem, ut dictum, mandatum quidem esse gratuitum. §. fin. b. ut ei sit contraria merces. L. 1. §. fin. ff. b. t. unde, si merx promissa, est locatio; si pòst quid solvendum sit, contractus innominatus; honorarium tamen hic contractus non respuit. L. 6. ff. b. t. quia hæc est voluntaria, non compen- fatoria

satoria remuneratio. hinc & Doctor pro consilio petito & dato, suum honorarium extra ordinem petere, vel expectare solet. L. 7. 8. & alijs. ff. h. t.

Nascitur ex hoc contractu actio mandati. primò *directa*, competens mandanti contra mandatarium, ut negotium expediatur, & ratio, & interesse præstetur. secundò *contraria* mandatario, ut rati habeatur, quod legitimè actum, & si quid interest, præstetur; tametsi hoc per culpam etiam levissimam mandantis contingat. L. 6. §. Quod verò, ff. De furt. non etiam, si casu. L. Inter causas. 16. §. Omnis. ff. Mandati. quamvis è contra mandatarius tantum levem præstet. L. 21. Cod. b. t. etiam contra regulam, ut L. 21. & L. 13. Cod. b. t. non nisi de levi culpa sint intelligenda, vel si negotium, aut professio etiam levissimam exigat.

TITULUS XXVIII.

De obligationibus, quæ ex quasi contra- ctu nascuntur.

*S*Eqvitur de quasi contractibus, est autem quasi contractus omne factum non turpe, quo quis alteri, vel uterque sibi in vicem obligatur citra conventionem.

Primus quasi contractus recentetur negotiorum gestio, negotiorum quis absentiis negotia gerit, & ignorantis. L. 11. ff. b. t. Scientis enim, scienter gerens ex mandato ager. L. 6. §. 1. ff. Mandat. Est autem negotiorum gestor alius necessarius, ut in L. 10. §. 2. ff. b. t. si liber, qui putatur servus, ex mandato gerat. alius voluntarius. de quo hic. Quo casu prator dedit actionem. L. 1. 3. ff. b. t. Idque in utilitatem absentium. hic in pr. & quidem directamei, cuius negotia gesta sunt, contra negotiorum gestorem, ut rationes reddat, & præstet præstanta. ubi

*quam cul-
pam præstet* Qværes: quam culpam præstare teneatur? *N.* cùm se ipse immisceat, etiam levem. L. 23. De reg. jur. si diligentior rem impedivisset, etiam levissimam. *textus b.c.* si alias res per iisset, latam tantum. L. 3. §. 9. ff. h. t. Secundò contrariam negotiorum gestori, contra eum, cuius gessit negotia, ut servetur indēmnis, dummodo non prohibitus L. fin. Cod. b. t. nomine alieno L. 6. §. 3. ff. h. t. animo repetendi L. 11. 12. 13. Cod. h. t. & utiliter negotium gesserit. L. 10. ff. h. t.

*tutele ad-
ministratio.* Secundus quasi contractus sit per tutelle administratiōnem inter pupillum & tutorem, ex quo directa tutelā actio datur finitā tutelā contra tutorem, ut rationes reddat, & præstet, si quid etiam levi culpā nocitum. L. 7. Cod. Arbitrii: tutela, item contraria tutori contra pupillum, ut servetur indēmnis L. 1. ff. De contrariatut. act.

*communio
rei.* Tertius quasi contractus resultat ex communione rei extra contractum societatis, ex qua fructus ab uno solo percepti, vel expensa factæ, communicandi, vel restituendæ sunt. L. 6. ff. Comm. divid. unde datur actio communi dividendo, ut res dividatur, & nominatae præstationes personales præstentur.

Quæ actio in quantum ad divisionem tendit, etiam in re per societatem communī, locum habet, & sic intellige, L. 2. ff. h. t. actio enim pro socio tunc non datur, nè ex contractu nascatur actio ad distractum.

Quod si error interveniat personæ, actioni huic adhuc locus est. L. 5. ff. h. t. si quis sumptus in rem communem, tanquam in alienam fecerit, actione negotiorum gestorum: si tanquam in suam, retentione sibi consulat. L. In hoc. §. 1. vers. Diversum est. ff. h. t.

*afficio fami-
lie erci-
cundes* Quod si res universalis, seu hæreditas communis sit, eodem modo locus erit *actions familie erciscunde*, seu hæreditatis dividenda, quæ cohæredi adyfersus cohæredem datur, ut res

res hæreditariæ, antè non divisæ, & divisibiles, dividantur, & præstationes personales invicem prætentur. unde cùm divisione semel factâ non maneat hæritas, hæc actione non nisi semel, postea tamen adhuc actione communi dividendo agi potest. L. 20. §. Familia. ff. Famil. ercisc.

Etiam quasi contrahit is, qui hereditatem adit. obligatur enim legatarijs & fideicommissarijs, quia tacitè dicit se impleturum voluntatem defuncti. unde illis contra eum, actione ex testamento datur. quamvis creditores defuncti hædem legatarijs.

Ex indebiti quoque solutione quasi contractus nascitur, inter eum, qui solvit, & eum, cui solvitur, ex quo datur conditio indebiti ad repetendum. §. 6. h. 6. supr. §. 1. tit. 15. quæ conditio cessat, si solutio facta ex causis, ex quibus inficiando lis crescit. §. fin. b. quia videtur transegisse. qualis est legis Aqviliae. L. 4. Cod. De leg. Aqvil. item actio ex testamento pro legatis, olim per damnationem, hodie ad pias causas relictis. d. §. fin. & actio depositi in quatuor casibus. §. Sed furti infr. De act. dummodo damnum datum, vel aliquid legatum sit. juxta Vinn.

TITULUS XXIX.

Per quas persones nobis obligatio acquiratur.

R Espondetur non tantum per nos, sed etiam per eos, quos in potestate habemus, scilicet per servos indistinctè, per filios familias juxta peculiorum distinctionem. in pr. h. unde & pater consentiente filio, ut administrator ager. L. fin. §. 3. Cod. De bon. que liber. Bonâ fide ut servi, velut proprij posselli, etiam acquirunt obligationem posselli, fori,

sori, ex operis, vel ex re ejus quæ sitam. §. 1. h. Idem de servo usufructuario, & usuario. juxta distinctionem ususfructus & usus. §. 2. h. Servus communis. querit eam dominis regulariter pro rata dominij. §. fin. h.

TITULUS XXX.

Quibus modis tollitur obligatio?

Respondeo. Primus recensetur *solutio*, h. in pr. quæ in specie, est naturalis, actualis, & totalis præstatio ejus, quod debetur, ut debetur. debitor ipse, an aliis solvat, non interest ad liberationem, habebit autem is, si pro sciente solvit, mandati: si pro ignorantie, negotiorum gestorum: si pro invito, nullam actionem. L. fin. Cod. De negoc. gest. sublatâ verò obligatione tollitur & accessoria. L. 178. De R. f. si fidejussor solvat suo nomine, principalis ope exceptionis tantum tutus est. Qui promisit genus, solvere potest id, quod stipulantis erat; secùs est, si alternativè promissio facta sit. L. 72. §. 4. vers. Sed ei. ff. De solut.

Secundus, *acceptilatio*. §. 1. h. dum creditor interroga-
tus dicit se acceptum ferre, quod sibi debetur ex stipulatio-
ne. sin debeatur ex contractu alio, priùs debet fieri Aqvilia-
na stipulatio, & postea acceptilatio. §. 2. h. unum quodque
enim tollitur, sicut colligatum est, alias non ipso jure; sed ope
exceptionis tantum debitor liberabitur. L. 27. §. Si acceptilatio.
ff. De part.

Tertius, *Novatio*. §. 3. h. quæ est prioris obligationis in-
aliam transfusio. L. 1. ff. De novat. & si mutetur persona, dici-
tur *personæ novatio*, vel *delegatio*. L. 11. ff. d. t. qualis sit prior, vel
etiam posterior obligatio, nîl refert, modò interveniat per-
sona, qualis non est servus, licet & is naturaliter obligetur.
Differt delegatio a cessione, quod hæc etiam invito debitore
fieri

fieri possit, maneatque salva cedenti actio, unde & ei, qui ces-
sus est, salva manet prior exceptio, secùs est in delegatione, ni-
si sit delegata mulier, vel minor, qui SC̄tum Vellejanum, vel
restitutionem salva habent.

Si persona non mutetur, dicitur *novatio rei*, vel *specifica*,
si priori obligationi aliquid addatur, vel dematur, ita tamen,
ut *hodie exprimant novandi intentionem partes*, alias alia &
alia erit obligatio. L. fin. Cod. De novat.

Est & *novatio alia voluntaria*, de qua actum, alia nece-
ssaria, quæ fit per judicium acceptum, seu litis contestatio-
nem. L. 29. ff. De novat. inchoativè, redigitur enim in tutum,
actio. L. 24. ff. De liber. caus. completur autem per sententiam.
L. 3. §. Idem scribit. ff. De pecul. In hac pignora, &c. manent sal-
va. L. Non solent. 86. cum seq. De reg. jur. non in illa, nisi repe-
tuntur; pereunte enim principali, pereunt accessoria.

Contraetus consensu initi, mutuo dissensu dissolvun-
tur, si res adhuc est integra, §. fin. h. excipe matrimonium.

Præter hos quatuor modos etiam tollitur obligatio
quandoque compensatione. L. 1. ff. De compens. confusione. L. Debitori. 50. ff. De fidejuss. reali oblatione rei debitæ cum
depositione & ob-signatione. L. Obsignatione. Cod. De solut. In-
teritu speciei debitæ. L. Si ex legati. 23. ff. De V. O. Transfusio-
ne. L. 47. ff. De fidejuss. Et hi sunt modi, quibus ipso jure obli-
gatio tollitur, quomodo per exceptionem. infra, De exceptione-
nib.

solutio
quid.

*acceptila-
tio.*

Novatio
quid.
quomodo
fiat.

*Quibus mo-
dis contra-
ria volun-
tas solvæ
contractus
consensu
initos.*

LIBER IV. INSTITUTIONUM JURIS D. JUSTINIANI

TITULUS I.

De Obligationibus, quæ ex delicto na-
scuntur.

*delictum
quid, &
quoruplex.*



Equivit de obligationibus ex delicto,
delictum est factum turpe, quo quis contra
jus læditur dolo, culpâve alterius; aliud
publicum, de quo tit. fin. aliud privatum,
quod civili & privatâ actione ab eo, ad
quem res pertinet, vindicatur, aliud ordi-
narium, aliud extraordinarium, ex omnibus
nascitur obligatio civilis; quia puniuntur naturalis; quia
consentiens in delictum consentit in consequens, videlicet
in poenam. L. 34. De jur. fisc. & vult id æquitas. L. 70. §. 5. ff. De
fidejuss. In delictis autem semper factum consideratur. Pri-

mum

IN INSTIT. LIB. IV. TIT. I.

143

rum recentetur furtum, à furvo dictum. §. 2. h. quod est con- furtum
trectatio (unde in mobilibus & corporalibus tantum pro- quid, &
priè sit) fraudulosa lucrificiendi gratiâ, vel ipsius rei, vel usûs ejus, vel possessionis, §. 1. h. invito domino facta. §. 8. h. Est jure naturali prohibitum. d. §. 1. L. 42. De V. S. non obstantibus moribus Ægyptiorum, qui nō puniverunt tantum; non autem approbârunt, quamvis nec approbatio unius, alterius genitris faceret non esse furtum contra jus naturale. Aliud manifestum, quando fur ab aliquo deprehenditur, anteqvam perferat, quòd eâ die perferré destinaverat. Aliud nec manifestum, si tunc non deprehendatur. §. 3. h. Olim erat actionis species: furti concepti, item oblati, item prohibiti & non exhibiti, sed ea abierunt in desuetudinem. Si sufficiente indicia, autoritate publicâ inquisitio fieri poterit. arg. L. Divus. 3. ff. Defugitiv. Erat etiam species per lancem & licium, sed nec ea in usu.

Pœna furti fuit varia. jure Institutionum manifesti quadruplum, nec manifesti duplum, habito respectu non ad interessum; sed ad rei ablatae pretium. L. 50. ff. h. t. Fridericus Imperator, si quis quinque solidos, vel plus furatus esset, ut laqueo suspendatur, si minus, ut virgis cædatur, statuit lib. 2. feud. tit. 27. §. fin.

Usus furtum fit, si depositarius re depositâ, creditor furum oppignorata, commodatarius aliter commodata utatur. §. 6. usûs. h. invito probabiliter domino. §. 7. h. Si utens in uitum eredat, & non sit, in foro fori tutus est, §. 8. h. servum tamen ad fundandum inducens, si servus domino prodat, & ejus voluntate auferat, licet tali casu nec furtum fiat, neque servus corrumptatur, tenebitur tamen & actione furti, & servi corrupti. d. §. 8. & L. 20. ff. Defurt. Si liberi in potestate existentes surripiantur, patri actio furti competit. §. 9. h. ubi interesse dubitatur, vel quadruplabitur, quo casu etiam crimen publicum

liberorum
hominum.

item pos-
sessionis.

qui furti
teneantur.

Filius fam.
furtum pa-
tris facit.

actio furti
quibus de-
batur.

cum, plagium committitur. §. 10. *infr. tit. fin.* rem propriam creditori oppignoratam subtrahens furtum committit posses- sionis. §. 10. b. L. 19. §. 5. ff. *De furt.* licet commodans rem com- modatam subtrahens non teneatur. L. 21. ff. *Commod.* intellige, si commodatarij non intersit. Non tantum fur; sed etiam ope & consilio. item ope tantum, item consilio, si habeat effectum, concurrens furti tenetur. §. u. b. & L. 50. ff. *De furt.*

Filius familias surripiendo quid patri, furtum quidem facit, actio tamen furti inter eos, cum pro una habeantur per- sona, non datur. §. 12. b. sed officio judicis punietur. L. 3. 4. *Cod.* *De patr. potest.* secus se habet, si emancipatus sit, aut matri quid subtrahat, extraneus quoque, cuius ope vel consilio fur- tum fecit, tenetur. d. §. 12.

Datur autem actio furti omni ei, cuius interest. §. 13. b. t. ratione detentionis L. 85. ff. *De furt.* ex causa honesta L. 10. eod. rem ablata non esse. hinc competit creditori ob pignus surreptum etiam à debitore. §. 14. b. quo casu ratio debiti con- siderabitur. L. 12. §. fin. ff. d. t. item sartori modo solvendo sic. §. 15. b. sicut & bonæ fidei emptori, si ei restituta auferatur. d. §. 15. si commodario res ablata sit, datur commodanti, cum is alteri beneficium faciat, electio: an commodati, & tunc commodario hæc dabitur, an furti agere velit, & hoc casu commodarius liberabitur. §. 16. & L. fin. *Cod.* *De furt.* Depositario hæc actio regulariter non datur, cum ejus non- intersit, qui de dolo tantum, & lata culpa tenetur, §. 17. b. si autem ex his furtum sit, non debet ex dolo actionem conse- qvi. L. 14. §. 3. ff. d. t. hinc nec furti adversus furem datur. L. 12. §. 1. ff. eod. excipe casus in L. 48. §. 4. in L. 12. §. fin. ff. eod. & in §. 4. *suprà.*

Impubes tenetur actione furti, si dolii capax est, dum furtum facit. §. 18. b. t. quod non ex oblatione aurei & pomi; sed ex alijs circumstantijs colligendum.

Cum

Cum duplum & quadruplum sit merè poenale, hinc prater fur- competit domino rei ablatæ etiam rei vindicatio adversus ^{ti} actionem qvemvis possessorem; vel condictio furtiva adversus furem, & hæredem ejus, ut rem vel estimationem, cum omni quod interest, recipiat. Sin autem non domino sit res surrepta; sed ei, qui babet jus in re, incerti condictio. L. 13. *in fin.* De con- dicti furti vel possessionem, condictio triticaria. L. 1. ff. *De con- dicti tritic.* vel detentionem tantum, & actio in factum com- petet. arg. L. 14. *Cod.* *De agricol.* & *censit. colon.* lib. ii. Si con- junx conjugi quid subtrahat, interest, an id fiat stante matri- monio, an soluto: si soluto, competet actio furti, si stante, & velit alter tunc agere, & dabatur actio in factum; si agere velit soluto, actio rerum amotarum: juxta ea, quæ habentur in tit. rer. amotar.

Si familia furtum fecit, dominus vel eam noxæ, vel se. *si familia* mel poenam & rem dat. L. 1. 3. ff. *Si famil. furt. feciss. dic.* *furetur.*

Si ex hæreditate jacente quid surripiatur, cum domi- num non habeat, non furtum, sed expilata hæreditatis deli- stem dicitur. L. 12. ff. *Expilat. hæredit.* Abigeatus est, cum pecora ex campis abducantur. L. 1. 3. ff. *De abig.* *expilate.* *baredit.* *delictum.* *abigeatus.*

TITULUS - II.

De vi bonorum raptorum.

Vis hæc securapina est contrectatio fraudulosa & violen- *rapina* ta, vel rei, vel usus, vel possessionis, qui raptor puni- *quid.* tur à Prætore in quadruplum intrâ annum, post, in *raptor quo-* simplum; licet etiam unam tantum rem rapuerit; *in pr. po-* test tamen etiam talis actione furti nec manifesti conveniri. *modo pu-* niatur. L. 1. ff. b. t. si non fuerit manifestus, ratione cuius Prætor hoc edictum proposuisse videtur, ut gravius puniretur, qvam fur, qvamvis etiam manifestus raptor, furti manifesti teneatur.

T

L. 80,

L. 80. §. 3. De *furt.* Datur autem ex hoc edicto actio vi bonorum raptorum, contra raptorem, non etiam contra hæredes ejus, licet quid ad eos pervenerit, quia Prætor putavit sufficere conditionem. L. 2. §. fin. h. t. Debet autem fieri fraudulosè, hinc ignarus juris rem suam rapiens hæc actione non tenetur, perdit tamen rem, si ejus, alias dat alterum tantum, nè quis temere avaritiam suam exerceat. Dicta etiam locum habent in immobilibus rebus, quæ invadis dicuntur. §. 1. L. 7. Cod. Unde vi. Datur autem hæc actio omni ei, cuius interest sive in cuius bonis, vel etiam ex bonis res est, sicut actio furti, §. fin. h. seqvitur.

TITULUS III.

De lege Aqvilia.

*damnum
quid.*

*Lex Aqui-
lia quid
caverit ca-
pite primo.*

Tertium delictum privatum recensetur *damnum injuria datum*, est autem *damnum ademptio* seu diminutio patrimonij. L. 3. *De damn. infect.* quæ si dolo vel culpâ etiam levissimâ fiat. L. 44. ff. *Ad leg. Aqvil.* punitur. *Lege Aqviliâ*, à Gallo Aqyilio Tribunoplebis inductâ. L. 1. §. 1. d. t., & quidem si servus vel pecus injuriâ occisum sit, ad quanti plurimi uno anno retro valuerint. b. in pr. dicitur servus; quia si liber homo sit, utilis tantum actio datur. arg. L. 13. ff. h. t. dicitur *pecus*, id est animal, quod gregatim pascitur, v. g. oves, equi & sues, §. 1. h. quod tamen etiam referuntur elephanti & cameli. L. 2. ff. h. t. dicitur *injuria*, id est; contra ius, hinc latrōnem vel insidiatorem occidens non tenetur, §. 2. h. & L. 3. ff. h. t. cùm adversus periculum naturalis ratio permittat se defendere. L. 4. cod. dummodo fiat cū modere mine inculpatæ tutelæ, ubi reqvirunt primò aggressionem, periculosam & injustam; terror tamen armorum quandoque sufficit. arg. L. 3. §. 5. ff. *De vi & vi armat.* secundò sit præ-

cise

cise defensio, nec fiat aggressio, vel ultio. quo casu adhuc punietur, sed mitius. unde etiam in continenti fieri debet; fugā sibi consulere, si ei ignominiosa sit, quis non tenetur. L. 1st. 8. §. pen. ff. *Quod met. caus. Duellum*, id est, certamen sui. *Duellum effigulare*, seu monomachia licita non est; cum propter periculum proximum homicidij, tum; quod per id tentetur DEUS. unde etiam ejus usus rigorose prohibetur & punitur. §. 2. *De cler. pugn. in duell.* & maxime in Trident. S. ff. 25. *Dereform. cap. 19.*

Injuriâ etiam non occidit, qui puro casu, quem nec prudentissimus præcavere vel prævidere potuit. L. 6. Cod. *De pign. att.* occidit. §. 3. h. dicitur *puro*; quia si excessus, vel culpa levissima, tenetur. L. 5. L. 44. ff. h. t. unde, si quis faculando casu traiiciat, qui ius habet, & se exercet tempore & loco consueto, non tenetur, alias autem tenetur. §. 4. h. idem deputante arbores in via publica, si ramum deiiciendo oecidat. §. 5. h. vel si, quod medicus suscepit curâ servum deseruerit, is pereat. §. 6. h. aut etiam, quia ex imperitia male secuerat, & imperitia enim culpæ annumeratur. §. 7. h. sicut & infirmitas affectantis id, in quo scit, vel scire debet, operam fore dannosam. L. 8. §. 1. ff. h. t. exemplum in §. 8. h. æstimatur autem, ut dictum, in primo capite *damnum*, quanti plurimi respectu unius anni valuit. Unde hæc actio ex natura sua penalis, & conseqventer in hæredem non transit. §. 9. h. nisi lis fuerit contestata, vel aliquid ad hæredem pervenerit.

Neque res tantum æstimatur quanti plurimi; sed ex mente legis habetur etiam ratio ejus, quod interest, seu lacrum cessans, & *damnum emergens*, v. g. hæreditatis, si servus, cui hæreditas *delata*, occisus fuerit, item depreciationis, si reliqui servi aut animalia fuerint depretiata per occisionem unius. juxta §. 10. h. Imò si ab eo servus fuerit occisus, etiam locus legi Corneliae desicarijs, ut domino sit liberum &

ex hac & alia lege agere. §. n. b. quia ad diversos tendunt fines,
Et hæc de capite primo.

quid secun- In secundo, quid contentum, ignoratur, & in usu esse
do, & quid desiit. §. 12. b. In tertio autem comprehenditur omne dam-
tertio ca- num, præter occisionem servi aut quadrupedis, seu ut tex-
tus, omne quod ruptum vel corruptum est. §. 13. dummodo &
hoc, vel dolo, vel latâ, vel levi, vel etiam levissimâ culpâ fiat,
poena, ut præstet quanti triginta diebus proximis res fuerit. §.
14. subintellige, quanti plurimi. §. 15.

ex hac Lege Triplex ex hac lege datur actio, directa, quæ ex verbis
triplex da- descendit, id est, cum corpus corpore læsum, utilis, quæ ex
tur actio. mente, cum corpus læsum; sed sine corpore, & in factum, quæ ex æqvitate descendit, cum nec corpus læsit, nec corpus
læsum, est tamen datum damnum. §. fin. b.

TITULUS IV.

De Injurijs.

Injuria **J**Nuria hic accipitur pro contumelia h. in pr. & definitur,
quid. quod sit omne factum vel dictum ad lædendum attri-
buta alterius dolo malo directum. dolus enim hic
reqviritur. L. 3. §. 1. ff. De injur. attributa vero sunt, li-
bertas, sanitas, jus, forma, fama, & similia. Quæ sit vel re,
Quomodo v. g. verberando vel pulsando. L. 5. §. 1. d. t. vel facto, occupan-
do bona ejus, qui debitor non est. §. 1. b. vel verbis, si convic-
ciando nominibus. L. 15. §. 3. 4. ff. d. t. vel literis, id est, scri-
bendo. L. 5. §. 9. 10. ff. b. t. quæ injuria, si crimen grave conti-
famofus li- neat, nec etiam nomen auctoris sit positum, dicitur libellus
bellus. famofus, quo casu & auctoribus & manifestatoribus capitalis
poena constituta est. L. un. Cod. De famof. libell. quam poenam
alij de morte naturali, alij de civili tantum intelligunt, quæ
poena cessat, si diffamans delatum crimen probet, d. L. un.
alias

alias convicti veritas non excusat, L. 3. Cod. De offic. Rec. pro-
vinc. nisi delatio ista fiat apud Magistratum, & sciri id publi-
cè intersit. L. 18. in pr. ff. b. t. Fit injuria etiam gestu, ut si ma-
trem familias, vel prætextatam honestè vestitam quis assepte-
tur, vel appellat. L. 15. §. 22. ff. b. t. dicti prætextati à prætexta prætexta
seu toga, cui purpura prætexta erat, quâ ad decimum septi-
mum usque utebantur annum, qualis etiam erat Papyrius, de
quo lege Gellium. Not. Attic. lib. 1. cap. 23.

Patitur quis injuriam etiam per alios v. g. filios famili-
as, uxorem, sponsam, nurum, modò injurians tales esse scive-
rit. §. 2. b. L. 15. §. 24. ff. b. t. licet hi ad injuriam consenserint. etiam per
L. Si servum. 26. ff. b. t. unde ex eadem injuria pluribus actio alios.
injuriarum competere potest. d. §. 2. & L. 1. §. fin. ff. b. t. Mari-
to tamen illatam injuriam uxor vindicare nequit. L. 2. cod.
cum; quia uxores a viris defendi, non viros ab uxoribus
æqvum. §. 2. b. tum; quia vir non participat dignitatem uxo-
ris. L. Fæmine. 8. ff. De senatoriib. excipe, si maritus agere non
possit. L. 11. §. Plane. 8. ff. b. t. vel ipsam etiam tangat, vel inju-
riose occisus sit, ut tradit Borcholt. Universitati injuria si-
eri potest, & ab universitate vindicari. L. 22. ff. De fidejuss arg.
L. 7. §. 1. ff. Quod cujusque universitat. nom. Servis injuria non
fit, fit tamen per eos dominis, si sit atroc, vel dominum re-
spiciat. §. 3. b. & d. L. 15. §. 35. alias factum illud officio judicis
nobili plectitur, d. §. 35. Si servus communis atrociter inju-
rietur, agent domini, ut estimatio injuriæ fiat pro dignitate
personæ; adjudicatio autem pro rata dominij. §. 4. b. & L. 16.
ff. b. t. Si servo usufructuario fiat injuria, proprietario datur
actio, usufructuario non. §. 5. nisi injuria cum concernat, d.
L. 15. §. pen. idem dic de libero, vel servo alieno, qui bonâ fide ser-
vit. §. 6. b. argumento horum competit & famulis nostris in-
juriatis actio, & dominis, si eos injuria concernat. Animus
in-

injuriandi præsumitur, si verba injuriam importent, idque adèò verum, ut præfatio honoris non excusat; quia actus protestationi contrarius tollit protestationis effectum. Retorquens tamen; mentiris sicut nequam v. g., injuriare non præsumitur, licet injuriet injuriatus, aliam injuriam opponens. *Cap. Veniens.* 16. §. De jure jurand.

Pœna injuriarum olim pro membro rupto erat Talio, propter alias injurias 25. asses. verū hæ pœnæ cessarunt, cum; qvia in talione servari æqualitas nequit, tum; qvia Neratius pœnam pecuniariam solvendo irritus Gellius Noct. Attic. 20. Cap. 1.

Prætor statuit, ut injuriatus eam æstimaret, quæ æstimatio præviā tamen judicis taxatione injuriato adjudicabitur. §. 7. b. Et hoc de jure prætorio, nā & civile jus, lex scilicet Cornelia injuriam realem coërcet pœnā arbitriariā. si quis pulsatus, si verberatus, si alicujus domus, etiam conducta, vi introita sit, §. 8. b. & L. 5. ff. b. t.

Æstimatur autem acroitas injuriæ ex circumstantijs, vel facti, vel personæ, vel ratione loci, exempla in §. 9. b. ex eo autem, an patri, an filiofamilias illata, non crescit. d. §. 9. Et liberum est injuriato agere vel civiliter, ad pœnam sibi applicandam, vel criminaliter, ad pœnam arbitriariam, ut injurians vel regetur, vel aliter coërceatur. ubi

Quæres. Si certa pœna sit constituta, an eā omissā extra ordinem agi possit? s. affirmativè; quia statuta iuri communi non derogant, nisi expressè pateat, & aperiretur alia senectra ad delicta. Et quamvis actiones criminales intentandæ regulariter sint per se. §. 10. b. in crimine tamen injuriarum personis illustribus & superillustribus concessum, est per procuratores & agere, & respondere, ut infamiam evitent. d. §. 10. L. fin. Cod. De injur.

injuriatus ad palinodiam agere solet.

De consuetudine injuriatus ad palinodiam, id est, revocationem dictæ injuriæ agere solet, quæ actio licet infamet, solet.

civilis tamen est, cùm primariò restitutionem famæ intendant, unde etiam cum altera actione injuriarum tendente ad pœnam videtur cumulari possè. arg. furti. duratque perpetuò. Et quia delictum privatum est, judex regulariter ex officio punire non potest; sed parte id per libellum, qui designationem injuriæ etiam continere debet, petente. L. 7. ff. b. t. Non videtur etiam æqvum, ut ob levem injuriam quis condemnatus fiat infamis, nè pœna sit gravior delicto. L. 16. De pœn. & arg. L. 9. 10. De dol. mal. ut leges opponi solitæ de injuria gravi sint intelligendæ, quo tamen casu etiam judex condemnato famam reservare potest ex communi DD. opinione.

Injuriare potest quis etiam per alium mandando, consulendo. §. 11. b. etiam Universitas, si omnes convocati, animo deliberato & communicato consilio. arg. L. 9. §. Animadvertisendum. junct. gloss. ff. Quod met. caus. imò etiam Magistratus & judex, si officijs limites excedendo, aliquem injuriosè lœdant. L. Nec Magistratibus. 32. ff. b. t. Etiam Astrologus vel divinator, si non consultus aliquem furēm v. g. dicat, qui non sit. L. 15. §. 13. ff. b. t.

Actio injuriarum, cùm vindictam sapiat, tollitur pri-
mò dissimulatione, id est, si non resentiat, dum sit. §. fin. b. L. 11. riarum tol-
litur dissim-
ulatione.
§. 1. ff. b. t.

Secundò prescriptione, seu lapsu unius anni. L. 5. Cod. b. prescriptio
t. probabilitus utilis. arg. L. 14. §. 2. Quod met. caus. L. 1. §. Annus. ne unius
30. ff. De vi & vi armat. L. fin. Cod. De temporib. in integr. resti-
tut. (intellige prætoriam actionem, non ex lege Cornelii,
quæ 30. annis durat) etiam in conscientia; quia scientia
obligationis pœnalismalam fidem non inducit, quamvis injuria per scripturam vel picturam sic illata, in sententia Har-
pre-

precti, quo casu tamen usū contrarium servatur. teste Gail.
2. obf. 104. n. 4.

Tertiō satisfactione. L. Sed si unius. 17. §. 6. ff. h. t. quo re-
fer juramentum, si juret delato juramento se non animo in-
juriandi dixisse. d. L. u. §. 1. in fin. item transactionem d. §. 1.
vers. Proinde item pactum de non agendo, quod hic ipso jure
actionem tollit. L. 17. §. 1. ff. De pact.

Quartō morte injuriantis ante litem contestatam. L. 13.
ff. h. t. item morte injuriati; quia vindictam perseqvitur, nisi
lis fuerit contestata, actio tamen criminalis, nē quidem lite
contestatā ad hæredes transit. per L. 6. ff. De publ. judic. sicut
nec actio recantatoria respectu hæredum injuriantis.

Qvintō. Legitimā relatione, seu tetorsione, quæ est le-
gitima contra injuriam verbalem honoris tuendi causā in-
continenti facta propulsatio, v. g. negando dictum alterius,
& dicendo, quòd falsum dicat, vel etiam, quòd mentiatur,
quia tunc fama propria conservatur, & excessus ob cessantem
dolum non curatur, ut non sit licita, si crimen sit verum. arg.
L. 19. Cod. De his, qui accusare non poss.

TITULUS V.

De obligationibus, qvæ quasi ex delicto nascentur.

*quasi deli-
ctum quid.
tale est im-
peritia ju-
dicis male
judicantis.*

Sequitur de quasi delicto, quod est factum qvoddam, cui
nec verus dolus, nec vera culpa causam dedit; lex ta-
men fingit, vel supponit esse culpam. tale committit
primò judex per imperitiam malè judicans: quo casu litem
facit suam, & ideo tenetur laeso damnum resarcire, in qvan-
tum judici videbitur. h. in pr. salvâ tamen existimatione. L. fin.
De extraord. cognit. ut differat ab imperitia medici, quæ culpæ
an-

mératur. §. 7. *supr. De leg. Aquil.* quia id statutum, ut conser-
vetur magis auctoritas judicis, qui olim səpiùs etiam invitus
constitutus fuit. Actio autem, quā judex convenitus, vel *Quomodo
actio in factum, vel ex syndicatu, vel male judicati dicitur.*

Quòd si judex ex dolo male judicet, verè delinqvit, &
præter damni resarcitionem punitur gravius. *juxta L. fin. §.
Auth. Novojure. Cod. De pœn. jud. qui male judic.* Si judex contra
communem DD. opinionem judicet, non ideo mox male ju-
dicat. Ratio in §. 6. *De concept. Digest.*

Secundò quasi delinquit inhabitans, ex cuius coenacu-
lo dejectum effusum ve quid & prætereunti nocutum est. §. 1.
h. & L. 5. §. 5. ff. *De obligat.* eò; quòd habuerit hominem im-
providum, qui deiicio quid solidum, vel effundendo quid
liquidum transeuntibus noceret, datürque damnificato actio
prætoria contra inhabitantem. L. 1. §. 4. ff. *De his, qui dejecer.* *Pena.*
in duplum, libero homine occiso in qvinqaginta aureos; lae-
so ad id, quod arbitrabitur judex. d. §. 1. & L. fin. ff. *De his, qui
dejecer.*

Si plures inhabitent eandem domum separatis, tene-
tur inhabitans partem eam, ex qua dejectum, vel effusum. L.
5. in pr. d. t. si absque separatione, in quemlibet, qui pro rata
à reliquis solutum repetet. L. 5. §. fin. L. 2. eod. Ratio edicti;
quia publicè utile est, posse sinè metu & periculo per itinera
universaliter, & ubi iter est, commeari. d. L. 1. §. 1.

Libero homine laeso deformitatis non habetur ratio. *an deformitatis habeatur.*
juxta d. L. fin. excipiunt tamen DD. foeminas; quia ob pul-
chritudinem corporis duci solent, licet animi potius esset at-
tendenda.

Tertiō quasi delinquit habens quid suspensum, quod *babens*
facilè cadere & nocere possit, ubi qvilibet agere potest ad poe-
nam IO. aureorum, nē noceatur. §. 1. b. & d. L. 5. §. 11. si ceci-
derit & nocuerit, agetur ex præcedenti edicto, saltēm utili-
quid suspensum, quasi delinquit.

*si filius f. se-
orsim habi-
bitur.*

actione. d. L. i. §. 3. ex quo actio perpetua etiam hæredi datut, saltèm ad damni reparationem; ex secundo non ut hæredi; sed ut alicui de populo. *gloss. ad d. L. i. §. fin.*

Si filius familiæ seorsim à patre habitet, ipse tenetur. §. 2. b. & L. i. §. 7. ff. d. t. nec datur actio in patrem peculioteus; quia ex contractu non venit. d. §. 7. nisi jam sit condemnatus filius familiæ. L. 35. ff. *De noxalib. act.* idem dic de filio familiæ judice. d. §. 2. b. si servus seorsim habitet, extra ordinem officio judicis corrigetur. L. i. §. 8. ff. *De his, qui dejecer.*

*Qui tene-
antur ex q.*

Quartò quasi delinqvit exercitor, seu nauta, caupo, stabularius; id est, ij, ad quos inde quæstus spectat, si ab ipsorum hominibus, quibus utuntur, ibi alicui furtum factum, vel damnum datum sit. §. fin. b. & L. fin. §. 4. ff. *Naut. caup. stab.* si ab alijs hominibus, non. L. un. §. 6. *Furti advers. naut. caup. stab.* non obstat. L. i. in fin. L. 2. L. 3. ff. *Naut. caup. stab.* ubi dicitur, quod teneantur factum etiam viatorum præstare; quia loquuntur de actione in factum de recepto in simplum ex quasi contractu descendente, quæ rei persecutoria & perpetua est. d. L. 3. §. 4. licet damnum etiam levissimâ culpâ datum esset. d. L. 3. §. 7. non etiam de ea, quæ ex quasi delicto datur ad pœnam dupli. d. L. un. §. 2. Tenetur & actione directâ damnum dans, si liber homo sit, ut electio actori competat. si servus fecerit, tunc conventus eum noxæ dare potest. d. L. un. §. 3. 4. Hospitem autem quis recipere non cogitur. L. i. §. 1. *Naut. caup. stab.* nisi hospitari cæperit, d. L. fin. *Furti advers. naut.*

TITULUS VI.

De actionibus.

*actio est
actus homi-
ni, & sic
facti.
alias juris.*

Sequitur de tertio objecto juris, de actionibus. Actio autem generalissimè quilibet actus hominis, quæ in se considerata, facti; si cum effectu juris spectetur, juris dicitur

dicitur, v. g. contractus. Hic *actio* tantum ea intelligitur, cui usus est in foro contentioso, quæ vel *civilis*, vel *criminalis*, ut agere idem sit quasi propellere, seu super re litigiosa tractare, vel actualiter, vel habere jus, quo sensu hic definitur, quod sit *definit. ejus* *jus perséquendi in judicio*, quod sibi debetur. quæ origine juris gentium est; quoad formam, juris civilis. L. 2. §. 6. ff. *De orig. juris*, dicitur *perséquendi*, id est, implorandi officium judicis' *perséquendi* mercenarium, quod actioni institutæ servit, non etiam *nobile*, quid. quod motu proprio exercere potest. Cap. 24. x. *De accusat.* vel *offic. nobile* impertitur non habenti actionem, dando restitutionem. L. 16 *in pr. ff. De minorib.* veletiam habenti, magis tamen volenti hoc implorare; quandoque etiam contra aliquem in genere, v. g. ignotum, ut infligatur excommunicatio ei, qui diffamavit; vel etiam contra quem in specie, quo casu libellus & litis contestatio fit, sicut in actionibus. Cap. *Judicis.* x. *De Offic. jud.* hæc de officio nobili.

Mercenarium judicis officium inservit, sicut norma. *Mercenarii* actionis secum fert, eaque cessante cessat. L. *Ediles.* 25. §. *Sciend. um quod.* dum. 8. ff. *De adilit. edict.* Inservit aurem, tum in præparando judicium, v. g. in citationibus, tum jam cæpro judicio, in cause cognitione, & suppletione eorum, quæ juris sunt, & advocatis desunt; tum etiam in finiendo judicium per causæ decisionem. Ipsa verò sententia executio, si petatur per actionem rei judicatae; ad mercenarium; sin simpliciter, ad nobile judicis officium pertinere videtur.

Dicitur in definitione *in judicio*, quæ verba speccato jure veteri differunt ab his *in jure*. hodie vix adduntur autem ea in definitione; quia nemo in propria causa est judex. L. 10. ff. L. 10. *Cod. De jurisd.* nisi quis vim vi repellat. L. 3. *De justit. & jur.* vel persona perpetuâ subjectione obstricta, vel fur deprehendatur nocturnus. L. 4. §. 1. *Ad leg. Agniti.* vel debitor fugitus, *in juri* *& in jure* *differunt.* *in propriâ* *causa nemo* *judex.* *casus excep-* *vus, cepti-*

vus, & requisita ad sint, juxta ea, quæ DD. ad L. 10. §. 16. Que in fraud. credit, fact. sunt, tradunt.

Dicitur in definitione fibi; quia olim per alium agere non licebat, hodie alter agit nomine principalis.

*Dicitur debetur, intellige laxius pro praestari debet, sicut accipitur in L. 178. §. fin. De V. S. ut in generis definitione comprehendatur utraque subnexa species & personalis & realis actionis, & omnis actio, ut Mynsing. ait, tam *nativa*, quæ de jure ordinario competit, quam *dativa*, quæ specialiter à legge ex æqvitate, vel alia ratione datur, v. g. de constituto. Item juxta cundem ly debetur, accipe, vel actu debetur, vel habitu, id est, futuro tempore. exemplum in actione de peculio, si nihil sit in peculio, quo casu actu nihil debetur, debetur tamen habitu, ubi aliquid erit in peculio.*

Proponitur actio per libellum, qui est regulariter scriptura continens claram intentionem actoris, & causam petendi. Causa est ratio, ob quam quis quid petit, quæ vel proxima est, ut in actione reali dominium, vel quasi, vel jus in re. In personali obligatio. vel remota, in reali titulus, in personali contractus, vel quasi. delictum, vel quasi, vel aliæ causarum, figuræ.

In reali actione proximam exprimere sufficit, non in personali; quia ex pluribus causis res nostra esse non potest, potest tamen deberi. L. 3. §. 4. De acquir. possess. L. 14. §. 2. De except. rei judic. hinc in reali, si exprimatur causa proxima, reus sufficienter instruitur, an cedere, an contendere debeat, non etiam si ea tantum exprimatur in personali, v. g. peto, quia obligatus es, nisi addatur ex mutuo v. g., quamvis sufficiat, remota, v. g. peto equum, quem mihi vendidiisti. Et quamvis in actione reali sufficiat expressio proximæ, utile tamen, quandoque est etiam expressissime remotam. v. g. peto equum, quia sum dominus exempto, si enim causâ cadam, & ex postfa-

libellus

quid.

causa quid,

vel proxima,

vel remota.

ha quando,

& quomo-

do expri-

matur.

cto

Et resciam me esse dominum ex donato, denuò agere possum, quia cum sententia habeat me non esse dominum, exempto, agenti ex donato exceptio rei judicata non obstat. L. 14. §. 2. De except. rei judic. secus esset, si sententia sonaret me non esse dominum simpliciter, ut esset conformis libello. L. Ut fundus. 18. ff. Comm. divid. Quandoque etiam non expressissime est utilius, si tempore intentatae actionis non fuerit actor dominus, & postea primò dominus fiat. Cap. Abbate. 3. vers. Caterum. De sentent. & rejudicat. in 6. hæc de partibus principalibus libelli, præterea

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & a quo?

Rectè compositus quisque libellus habet.

Actionis nomen exprimi necesse non est. Cap. Dilecti. 6. x. De judic. modò ex alijs sati colligatur, & sic intellige L. ff. De edend. & L. 6. ff. De reb. credit.

Est & libellus alias conventionalis, seu civilis, alias accusati^{libellus} onis, seu criminalis. item alias summarius, seu simplex, alias quotuplex, positionalis, seu articulatus. Sin autem libellus sit obscurus in criminalibus, judex ex officio. L. 3. De accusat. in civilibus, reus per exceptionem rejicit. DD. ad L. fin. Cod. De annal. except. libellus alternativus tamen certis casibus sustinetur. ut in L. 2. Cod. De rescind. vendit. si debeatur alternativè. §. 33. vers. Plus autem. infr. b. t. si incertitudo actionis ex facto adversarij procedat. L. i. §. 4. Quod legator. si actio universalis vel generalis sit.

Concipitur autem libellus per modum syllogismi, vel per modum enthymematis. ubi plurimum praxis & usus potest. Cum §. i. b. t. dicat apud judices arbitrio^{& quomo-} tur actiones^{do concipiatur.}

Observa, quod judex sit persona publica, habens potestem cognoscendi & decidendi causam controversam, qui si eum jurisdictione habeat, jure suo, seu jure Magistratus^{& quotu-} plex.

tūs ordinarius dicitur. L. 5. ff. *De juris d.* si cum jurisdictione ab alio mandatam, dicitur *delegatus*. Si simplicem notionem, non dans executionem, dicitur *judex datus*. L. 15. *in pr. De sent.* & *re judic.* & etiam *pedaneus*, quasi agi seu planipes. *juxta Cu-*
jacium ad Cod. Depedan. judicib. qui in iure etiam sāpiūs *re-*
cuperator dicitur, differt autem *pedaneus* à *pedario senatore*,
quōd ille leviores causas cognoscebat, hic autem in sententi-
am alicrum quasi *pedibus* ibat.

arbitr
quis, &
quotuplex.

Arbitr est privata persona, quæ arbitrio partium assu-
mitur ad cognoscendam & definiendam causam controver-
sam, qui vel *compromissarius* dicitur, cuius dicto seu laudo me-
tu pœnæ stare debent. L. 1. *Cod. De arbitr.* vel *arbitrator*, seu am-
cabilis *compositor* in controversijs circa contractus, à quo ad
arbitrium boni viri reductio datur. L. *Societatem*. 76. ff. *Pro soc.*
datur & *arbiter juris*, qui judici comparatur. L. 9. ff. *Qui satis-*
dare cog.

actio ubi
proponen-
da?

Proponi itaque potest actio apud *judices*, vel *ordina-*
rios, vel *delegatos*, vel *datos*; item apud *arbitros*, intellige
compromissarios; quia & hi processum servant. L. 1. ff. *De*
recept. arbitr. vel *juxta Vultej.* si sit *actio bona fidei* apud *ar-*
bitros, quōd *judex tunc ex arbitrio judicare possit*; si sit *stricti*
juris, apud *judices*.

dividitur
in realem,
& persona-
lem.

A causa materiali *actio alia est realis*, alia *personalis*. hæc
ex contractu, vel quasi, delicto, vel quasi nascitur, & ut tex-
tus habet: alijs quibusdam modis, intellige, ex æquitate aliqua,
sic petit alimenta filius, sic petit is, cuius interest, rem sibi ex-
hiberi.

abtriuque
definitio.

Realis ex dominio, vel quasi, vel jure in re nascitur, &
in L. 25. ff. *De obligat.* & *act. definitur*, quōd sit illa, per-
quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, pétimus, & sem-
per adversus eum est, qui rem possidet, sicut & *personalis*, quâ
cum

cum eo agimus, qui nobis obligatus est, ad dandum vel faci-
endum, & semper adversus eundem locum habet.

Unde differt *realis à personali*; quia in illa pétimus ^{differentie} *rem nostram*; in hac debitam, illa datur adversus quemvis ^{inter eas.} *possessorem*, vel eum, qui dolo possidere desijt. L. 131. ff. *De reg.*
jur. etiam ante litem contestatam, saltēm quoad actionem, utilem. L. 27. §. 3. *De rei vind.* hæc tantūm contra debitorem; seqvitur enim personam obligati, sicut lepra leprosum, ut di-
citur, arg. L. 1. §. 10. ff. *Ad SCum. Treb.* illa datur ad restituendū; hæc ad dandum vel faciendum, in illa olim præscribe-
batur formula: *Si parer fundum Titij ex jure Qviritum esse*, neque ^{item quoad} *ei à Mevio restituatur*, *Sempronius judex esto*. & *Auctor ajebat rem formulas.*
suam esse, in hac: *Si parer Titium Mevio v. g. egrum dare oportere*, & *Auctor Ajo Te Mihi Dare Oportere*, fusiūs *Vultej*, b. n. 51.
ubi n. 54 refert modum vindicandi rem mobilem, manu ei-
dem injectā, & re in judicium delatā, si autem esset res im-
mobiles, v. g. fundus allatā unā glebā ex fundo, in qua pārte
totus vindicabatur fundus. Quod si reus sponte cedebat,
addicebat Prætor actori rem; si negabat, procedebatur ad
causæ cogitationem, sive reus simpliciter actorem dominum
esse negasset, sive se dōminum asserisset.

Actiones reales in genere etiam vindicationes vel *ven-*
dicationes dicuntur. Assumitur tamen etiam *vindicatio in*
specie, & est *actio realis*, quæ datur domino rei corporalis. L.
23. ff. *De R. V.* contra eum, qui rem illam possidet, aut detinet,
vel qui lite pendente dolo possidere desijt, ut declaretur do-
minus, & res restituatur unā cum fructibus, alia *directa*, quæ
directo; alia *utilis*, quæ utili datur domino.

Altera *actio realis* §. 2. h, recensetur, quæ dicitur *confes-* *actio con-*
soria & negotoria. Illa est *realis*, *civilis*, *competens* *asserenti se fessoria.*
habere servitutem constitutam. L. 2. ff. *Si servit. vind. adver-*
sus quemcunque impedientem, ut *jus declaretur imposte-*
rum

ad constitutam servitatem quoct actus requirantur.

jus altius tollendi quomodo si servitus.

actio negatoria quæ.

que sit inter rei corporalis & incorporalia vindicatio.

rum non impediatur, & damna illata resarciantur. L. 4. §. 2. L. 6. §. pen. L. 7. L. 12. ff. d. t. Non obstat L. 1. ff. *De usu & usufr. leg. ajens: servitudes nec in bonis, nec ex bonis esse. ut conseqventer reali actione peti non possint;* nam bene Vultejus ait: intelligendum id esse habitus respectu ad SCtum, de quo ibi, quod statuit, etiam in rebus fungilibus quasi usumfructum constitui posse, qui in servitudibus constitui nequit. Ad servitatem verò constitutam, si adferat magnum gravamen, sufficit unus actus. arg. L. 1. §. 4. ff. *De aqua qvot. & aq. sive. sin non magnum, per 30. dies. arg. L. 1. §. Hoc interdicto. De itin. actus que privat. si sit negativa, sufficit una prohibitio, cui non contradicatur. L. 6. §. 1. ff. Si servit. vind. juxta Oldendorp.*

Quæres. Qvomodo habere jus altius tollendi sit servitus, cùm de jure liceat. L. *Altius. Cod. De servit. & aqu. item, quomodo agens non esse vicino jus altius tollendi sit negotiatoria;* cum Accursio Vultejus putat exempla transposita. Faber intelligit, si statutum sit, nè quis vicino invito altius tollat. Hotoman. Si vicinus remiserit servitatem altius non tollendi. Corasius intelligit in casibus, quibus de jure altius tollere prohibitum. ut in L. fin. 9. fin. *Cod. De servit. in L. 30. ff. De usufr. & L. 1. Cod. De adif. privat.*

Negotiatoria verò est realis (nascitur enim ex jure libertatis, quod alter in re habet) competens domino prædij asserentis illud esse liberum à servitute, adversus eum, qui eam prætendit, ut prædium declaretur liberum, interesse refundatur, & caveatur de non inquietando. L. 12. ff. *Si servit. vind. Qvo casu actor probare non tenetur, quia libertas præsumitur. L. 8. 9. Cod. De servit. nisi dixerit amplius non deberi.*

Ex dictis patet, quod in vindicatione rerum corporalium una tantum competit actio, in rebus incorporalibus rationem dif- duplex, confessoria & negotiatoria, unde textus: *In controver- ferentia.*

sijs enim rerum corporalium hoc genus actionis (scilicet negotiatoria) proditum non est. Ratio; quia non est necessaria: nam si quis ipse rem possideat, hoc ei sufficit; si alter possideat, & actor dicat rem non esse ejus, nil probat; quia inde non sequitur, quod sit actoris, nisi proberem rem esse suam; dixi non videtur necessaria; quia possessori rei corporalis possessio intervertitur potest, nisi per vim, in incorporalibus etiam quasi possessore ignorante, v. g. occludatur fundus, quo casu in effectu possidere non videor. Ut textus ajens sanè uno casu videatur intelligendus in hoc uno casu rerum incorporalium etiam is, qui possidet, actoris vices sustinet.

Alij volunt esse exceptionem in vindicatione rerum corporalium, cùm in incorporalibus hoc regulare sit, unde explicant de judicijs duplicibus, alijs de actionibus præjudicibus, alijs de interdicto uti possidetis. Vultejus intelligit si possessor conventus dicat se dominum esse; tum enim ultra actio-
ris vices sustinet, & se dominum probat.

Utraque hæc actio alia est primò directa, quæ vero, utr-
umq; bac-
ci sensu di-
recta &
utilis.
actio alia
civilis, alia
prætoria.

A causa efficiente alia est actio civilis, quæ ex ipso jure civili originem habet, alia prætoria, quæ ex edicto Prætoris. S. 3. b. approbatio non sufficit, hinc actio commodati est civili, licet eam Prætor approbet. L. 1. ff. *Commodati.*

Quod si actioni Prætor quid addat, ut in rei vindicatio-
ne, quam dat contra eum, qui dolo possidere desijt. Gloss: *prætor*
Baldus & Vultejus. etiam tunc ajunt esse civilem. Mynsinge-
rus & Wesenbecius autem ajunt eam quoad hanc extensi-
onem esse prætoriam.

Actiones utiles, id est, ex mente legis descendentes, dic-
esse tales, qualis est ipsa actio directa ex verbis descendens; sic
enim

enim & patronorum tutela dicitur esse legitima, æquè ac tutela agnatorum.

Actiones ex statutis Ducum, Comitum, &c. dic esse civiles, si hi superiorē non cognoscant, sī autem cognoscant, dic prætorias.

Differit itaque civilis à prætoria, primò ratione originis, secundò illa ipso jure competit, hæc datur, tertio illa est perpetua, hæc sæpius annalis. Actiones autem prætoriæ rursus vel sunt reales, vel personales. In §. 4. recensetur realis, quæ publiciana à Publicio Prætore dicitur, & definitur, quod sic actio realis, quæ datur bonæ fidei possessori, qui rem nondum usucaptam amisit, ejusve hæredi, adversus possessorum, qui titulum non habet, ut declaretur quasi dominus, & res ei unâ cum fructibus restituatur.

Vero dominus cùm rei vindicationem habeat, hanc honorariam non desiderat. L. 1. §. 1. ff. De public. in rem act. quod si dominium liquidò probare non possit, poterit etiam, ut quasi dominus hanc intentare. Unde videtur quis posse in libello alternativè concludere, si de jure suo actor sit dubius; sunt enim hæ actiones non tam contrariae, quam potius sibi affines, sicut quasi dominium est affine ipsi dominio.

Datur, ut dictum, adversus possessorum, qui titulum non habet, quia hujus respectu quasi dominus est potior. L. fin. De rem finè titulo. *De publ. in rem act. aliás est potior possidens.* L. 128. ff. Cap. 65. De R. f. in 6. nisi titulo lucrativo possideat, cui videtur præferendus agens de damno vitando. Hinc sequitur à fortiori, quod adversus verum dominum non detur. d. L. fin. excipe, si ex causa damni infecti possidebatur. L. 18. §. 15. ff. De Damn. infect. vel ex causa noxali. L. 28. ff. De noxal. act. item, si ex causa rei judicatae. L. Si quis rem. ff. De except. rei judic. item, casum in L. Si à Titio. in fine. ff. De R. V.

An sit actio directa? s. spectato jure prætorio est, aliás com.

comparata ad rei vindicationem utilis dici potest, durat ut rei persecutoria anni 30. L. In honorarj. ff. De obligat. quamvis autem in rebus incorporalibus rei vindicatio locum non habeat. L. Vendicatio. ff. De R. V. hæc tamen habet, v. g. si servitus constituta sit à non domino. L. Si ego emi. §. 1. De publ. in rem act. fundatur enim in æqvitate.

An detur creditori, qui res à bonæ fidei possessore pignorata ē s. non. L. Si ab eo. ff. De pignorib. quia titulum sufficientem non habet, & datur ei hypothecaria.

Sires sit usucapi prohibita, hæc actio locum non habet. L. 9. §. Hac autem. ff. De publ. in rem act. modò ex vitio rei. hinc in prædijs vestigalibus adhuc ei locus. L. 12. §. In vestigalibus. d. t. sic & ementi rem à furioso, si ignoranter faciat, datur ex æqvitate, non de rigore juris contra tertium possessorum finè titulo, & sic combina L. 7. §. Marcellus. d. t. cum L. 2. §. Si quis à furioso. ff. Pro empt.

Subinde actori amplius actio non competit, ex eo; quia alter, vel rem usucepit, vel actioni præscriptis, aequitas tamen vult quandoque, ut audiatur, hinc ei datur actio rescisif. foria, de qua §. 5. b. t. quæ dabatur quandoque præsenti adversus absentem, quandoque præsenti contra præsidentem; verum his competit remedium hodie promptius ex L. 2. Cod. De annat. except. ut interrumpant usucaptionem coram præside, vel Episcopo, vel defensore civitatis, vel per protestationem publicè cum tabularij, vel trium testium subscriptione factam. Dabatur autem, & datur adhuc hodie absenti contra præsidentem, qui usucepit, modò quis absens ex justa & probabili causa fuerit, nec procuratorem reliquerit, vel ab eo suum consequi non possit. L. fin. ff. De restitut. in integr. L. 26. §. fin. ff. Ex quib. causis major.

Dicitur autem in d. §. 5. rescisā usucapione rescissoriā actionem competere, unde.

Qvæstio. An duplex sit remedium rescindens & rescissoriū.

*rescissoria
actio quid,
& quotu-
plex?*

sorium? Communiter affirmant DD. Cujacius, quem sequitur Zoësius & ab Andler, negat. Ratio hujus; quia frusta diceret *adversarium non usucapisse*, ut asserit textus, & daretur *actio pristina*: simpliciter, probatur etiam per L. 16. *Cod. De postlim. revers.* & argumento à querela inofficiosi testamenti desumpto. Ut probabilius eodem actu, dum Prætor actio nem largitur rescissoriā, etiam usucapio rescindatur, & actor in libello, ut usucapio rescindatur, & sibi res restituatur, concludere possit.

Unde rescissoria actio definiri potest, quod sit actio præatoria, quæ datur ei, qui ob justam causam præscriptionem interrumpere non potuit, adversus eum, qui præscriptus, ut, quod præstari debet, cum omni fructu extante præstetur; non enim tam est actio propria, quam adjectitia qualitas actioni principali, cui præscriptum, ut eatenus vel realis, ut communius, vel etiam personalis, vel dativa vel nativa dici possit. unde & dicitur alia restitutoria respectu actionis amissæ. alia institutoria respectu ejus, qui actionem non habuit, habuisse tamen, si præsens fuisset. ubi

absentia. Observa 1. Absentiam aliam dici necessariam & probabilem, aliam probabilem & non necessariam, aliam necessariam non probabilem, aliam voluntariam, sed sine contumacia, aliam voluntariam & cum contumacia, in tribus primis regulariter laesus restituitur.

*captivus
guomodo
usucapiat.
intrá quod
tempus bac-
actio in-
tentanda.*

Observa 2. Eum, qui in hostium potestate est, usucapere per servum, vel filium familias rem ex causa peculiari possidentem. L. Justo. 44. §. fin. De usurpat.

Restitutio autem hæc olim intrà annum utilēm, hodie quadriennium continuū petenda, L. fin. *Cod. De tempor. in integr. restit.* quod currit à cessantē impedimento; tantum autem dat restitutio, quantum abstulit laesio. L. Quod si minor. 24. §. Restitutio. De minorib.

An intrà hoc tempus actio finienda & affirmare videatur d. L. fin. in verb. finiendam, alij legunt, in eundam per L. *Properandum. Cod. De judic.*

In §. 6. de actione *pauliana* agitur, quæ est actio præatoria, *actio pauliana* quid est, eorumque hereditibus, adversus debitorem, & eos, cum quibus gestum, ut omnia restituantur in statum, in quo erant ante fraudulentam alienationem. Dicitur *præatoria*, explicatur à Prætore Paulo introducta. L. 1. ff. *Qua in fraud. credit,* alij *definitio.* eum Jurisconsultum, alij præsidem fuisse dicunt. hæc actio dicitur *realis*, tum; quia inter eas hic recensetur, tum; quia per eam actor petit. d. §. 6. b. & L. 25. *De obligat.* & *act.* tum vel maximè; quia datur impetrato secundo decreto, quod datum in re, etiam in alienata in fraudem spectatâ rescissione. Ut sic non ex fraude; sed occasione fraudis tantum oriatur, agatque actor, dicens: *Ajorem hanc esse debitoris mei propter interesse meum.* Ut sic differentia inter hanc actionem, & actiones *Calvisianam* & *Fabianam*, quæ personales sunt. L. 1. & Fabiane §. 26. ff. *Si quid in fraud. patron.* cùm per has condicatur res in fraudem patroni alienata, ex æquitate potius, quam ex rigore juris, licet hæc actiones in alijs ratione fraudis & fructuum, comparentur. L. 38. §. 4. ff. *De usur.*

Alij volunt esse actionem personalem, utpote ortam, vel ex maleficio, vel ex quasi contractu, si titulo lucrative, quis sine fraude acceperit. Mysingerus ait esse personalem; sed in rem scriptam. Manzius creditoris ex primo decreto missò dat personalem, ex secundo realem. dicitur: *datur creditorsbus, in genere.* L. 10. 11. ff. *De V. S.* etiam hypothecarijs, etiam creditoribus in diem, quia cessit. L. *Cedere.* 23. *De V. S.* & sub conditione post eventum, L. 16. §. 2. L. 27. ff. *Qui, & à quib. manumis.* etiam creditoribus futuris, si ex fraude eorum alienatio facta. L. 14. §. pen. ff. d. t.

Dicitur: *in fraudem*, intellige, fraudem & consilij & eventus, tam ex parte alienantis, quam ejus, in quem alienatum. L. 10. §. 1. ff. *Quæ in fraud. credit.* quod si titulo lucrative, fraus alienantis sufficit. L. pen. Cod. De his, *quæ in fraud. credit.* Fraudem autem probare debet creditor ex circumstantijs; in alienatione tamen per ultimam voluntatem fraudus even-
tus sufficit. S. fin. supr. Ad leg. Falcid.

Dicitur: *aliquid gestum est*, id est, quoquo modo aliena-
tum, etiam debitum remittendo. L. 1. Cod. *Quæ in fraud. credit.* sic repudiatio legati, v. g. non revocatur. L. 6. in pr. ff. *Quæ in fraud. credit.* nisi à fisco L. 45. ff. *De jure fisci.* præter casum L. Cū quidam, 26. d. t.

Dicitur: *adversus debitorem*, & eos, in quem alienatum per L. fin. ff. *Quæ in fraud. credit.* advertus possessorem, ut restitu-
at, adversus debitorem, ut patiatur, ita Vultej.

Dicitur: *ut restituantur omnia in pristinum statum*, intel-
lige, cum fructibus alienatis; non etiam medio tempore per-
ceptis L. fin. §. Non solum, ff. d. t. restitutio fiat; emptori, quia
doli particeps, pretium non restituitur. L. 7. ff. eod. Unde
aliud in Calvisiana & Fabiana. L. 1. §. Si quis in fraudem. ff. Si
quid in fraud. patron.

Incipit autem hæc actio competere à die alienationis,
& durat per annum utilem. L. Ait prætor. §. Annus. §. ult. ff. d. t.
qui tamen currere non incipit, nisi à tempore excussionis. L.
1. eod. quo constat debitorem non esse solvendo.

In §. 7. de actione Serviana à Prætore Servio intro-
ducta, & de quasi Serviana, seu hypothecaria agitur. ubi

Observe 1. pignus cum hypotheca sèpè confundi L.
Res hypotheca. §. 1. ff. De pignorib. & hypoth. differre tamen.,
quod pignus propriè loquendo extradatur creditori plerum-
que consistens in re mobili: hypotheca verò non extradatur
d. §. 7. b.

pignus &
hypotheca
differunt.

Obser-

Observe 2. hypothecam aliam esse generalem, dum o-
mnia bona, vel omnia mobilia & imobilia (quo casu jura non quotuplex.
veniunt.) hypothecantur. Aliam specialem, item aliam esse
expressam, aliam tacitam, qualem habent etiam locatores præ-
diorum, & quidem, si sit rusticum prædium, in fructibus. L. 7. In
quib. casu, pign. vel hypothec. si urbanum, in rebus illatis, & inve-
tis, ut durante locatione maneant. L. 2. 4. & 6. d. t. etiā in mer-
cibus, saltē in genere: L. Grege, 13. impr. L. pen. ff. De pignorib.
& hypothec. & pecunia præsidiali. L. Si chorus, 79. §. 1. De legat. 3.
An in supellectile? Affirmatur, licet sub generali hypotheca
non comprehendatur. L. 6. De pignorib. ut probabilius etiam
libri studiosorum censeantur tacitè obligati.

Præter fructus tacitè obligatos, locator sèpè à colono
etiam illata, & inventa obligari cupit, quod expressâ conven-
tione facere debet. b. §. 7. & §. 3. in fin. infr. De interdict. ut in
L. 5. Cod. De locat. per voluntatem domini expressa conventio
significetur, ut in L. fin. Cod. De novat. his suppositis

Dic. actionem Servianam competere in casu, quo loca-
tor prædij rustici sibi expressè illata & inventa obligavit, quod
videtur probari ex d. §. 7. in verbis: Serviana quis experitur. de
rebus, ergo non de fructibus coloni, ergo non inquilini, que pi-
gnoris jure pro mercedibus fundi ei tenentur, scilicet expressè arg.
§. 3. in fin. infr: De interdict. Ut conseqventer actio quasi Ser-
viana in omnibus alijs hypothecis & rebus hypothecatis lo-
cum habeat.

Definitur Serviana, quod sit actio præatoria, realis: quia definitur.
nascitur ex jure in re, que datur locatori prædij rustici adversus
colonum, & quemvis possessorem rerum illatarum, & obligatarum,
ut jus pignoris in ipsis declaretur, & earum possessio tradatur pro se-
curitate pensionis debita, & deteriorationis. est enim judicij peti-
torij, per quod etiam à Salviano interdicto distinguitur.

Item definitur, quasi seu utilis serviana, sive hypotheca-
ria, viana quid

ria, quod sit *realis*, *pratoria*, que datur creditoribus hypothecam habentibus, adversus debitores & hypotheca possessores, ut jas declaretur, & possessio ejus pro securitate extradatur. quae etiam simpliciter Serviana dicitur in L. 3. L. 21. §. Si debitor. ff. De pignorib. Ex quibus differentiae patent inter hanc & pignoratitiam actionem, de qua §. fin. supr. lib. 3. tit. 15. quamvis & haec nomina subinde confundantur:

Quod dictum *adversus possessores dari*, intellige, excusso prius debitore. Auth. Hoc ita. Cod. De pignorib. & alijs obligatis. Auth. Sed hodie. Cod. De obligat. & act. dantur autem haec actiones etiam adversus tertios possessores, si res illatae & inventae in tertium alienatae sint, sive inclusio facta sit, ut in L. Est differentia. 9. ff. In quib. caus. pign. vel hypothec. contrah. sive non; quia res prius est hypothecata, & consequenter transiit cum onere. L. Si debitor. Cod. De distract. pignor.

Quod si actor agat contra debitorem vel possessorem, qui causam ab eo habet, sufficit probare hypothecam, & possessionem, & allegare dominium, si specialis hypotheca, fin. autem tertius ab eo causam non habeat, etiam probabit op. pignorantem tempore oppignorationis fuisse dominum. L. 3. L. 15. §. 1. De pignorib. quamvis in Salviano interdicto possessorum fuisse probare sufficiat.

In concursu autem plurium creditorum hypothecariorum regulariter potior est jure, qui prior erat tempore, Cap. Qui prior. De reg. jur. in 6. respectu acceptae hypothecae. L. Diversis. 8. Cod. Qui potior. in pign.

Sequitur de pratorijs personalibus, quae vel pœnales, vel rei persecutoriae, qualis est actio de peculio, in factum ex jure jurando. item de constituta pecunia, in quam transfusa hodie est receptitia. §. 8. b. & L. 2. Cod. De pecun. constit.

Constitutum autem est nudum pactum, quo quis promittit se soluturum, quod ipse, vel alius debet, cum reflexione.

ne ad prius debitum. L. 1. §. 5. ff. De pecun. constit. adeò, ut si debitum non subsit, licet constituens id sciat, non valeat; quia deest forma. L. u. §. 1. ff. d. t. debetque fieri mentio debiti. L. 18. §. 1. d. t. non etiam quantitatis. arg. §. Quoties. supr. De inutil. stipulat. Quamvis communiter dies solutionis exprimatur, eò tamen non expresso, intrà decem dies solvere sufficit. L. Promissor. 21. §. fin. d. t. sic & debitum in diem constitui purè potest, non etiam debitum sub conditione. L. 19. ibid.

Utilitas constituti est, quod vel det actionem, vel, si utilitas fuit autem actio, nova adhuc accedit actio. L. 28. ff. d. t. Et si constituti fiat constitutum pro alieno debito, eadem constituenti comprehendunt beneficia, quae fidejussori. juxta Novell. 4. cap. 1. habentque actionem mandati, vel negotiorum gestorum, vel nullam contra eum, pro quo solvit, sicut fidejussor.

Definitur actio de constituta pecunia, quod sit *actio actio de pratoria* (quamvis Vultejus eam hodie velit esse civilem,) *constituto personalis*, quae datur ei, cui *quid constitutum, adversus constituentem, ut satisfaciat*, pecunia enim hic accipitur pro omni & quacunque re debita. hæc ad §. 9. b.

In §. 10. agitur de actione de peculio, quam dat *Prætor*. *actio de ex edicti prætorij virtute ei*, qui cum servo, vel filiofamilias *peculio* habente peculium contraxit, contra dominū, vel patrem, ut *quid?* peculiotenus satisfaciat; in tantum enim dantes peculium, consensisse videntur, licet postea prohiberent, nè cum eis quis contraheret. L. 47. in pr. ff. De pecul. ubi filiusfamilias etiam fidejubendo patrem peculiotenus obligat, non etiam servus dominum. L. 3. §. 5. 6. 8. d. t. sicut & quod servus conveniri nequeat; licet filiusfamilias ipse etiam in solidum conveniri, & executio contra eum fieri possit. L. 39. ff. De obligat. & act. L. 3. §. 4. in fin. De minorib. qui, si non solvat, incarcari potest, nisi bonis cedat. L. pen. Cod. Qui bon. ced. poss.

*bac ex de-
lito non
datur.
casus ex-
cepti.*

Ex delictis hæc actio non datur, nisi pater sit inde lo-
cupletior. L. 3. §. 13. *De pecul.* vel filius familias duumvir v. g.
sit. d. L. 3. §. *fin.* vel jam condemnatus sit; tum enim actio judi-
cii contra patrem respectu peculij profectitij datur. d. L. 3. §.
11. Dixi respectu *profecitij*; ratione adventitij enim hodie con-
venitur ut administrator, ratione castrensis & quasi ipse filius,
plura *infr. tit. seqv.*

Tertia actio prætoria personalis recensetur §. 11. hic
actio in factum ex jure jurando ubi

Observa primò, quod jus jurandum sit *invocatio Numi-
nis divini in testimonium.* Secundò, quod aliud sit *affertorium*,
si DEUS in testem ad faciendam fidem adducatur,
aliud *promissorium*, si ad promissionem firmandam.

Tertiò, quod *affertorium*, aliud sit *voluntarium*, quod pars parti defert extra judicium, aliud *judiciale*, quod in judi-
cio, aliud *necessarium*, quod judex defert in supplementum
probationis. Quartò, quod aliud sit *sacrum seu spirituale*, si in materia sacra, aliud *temporale*, si in profana adhibetur,
item, aliud *solenne* cum ceremonijs, aliud *minus solenne* sine ce-
remonijs *præstitum*. item, aliud dici etiam *excructorium*. dum
jurans sibi vel suis, si non sit, vel non fiat, quod dicit, mali quid
simul imprecatur.

*adjuratio
quid, &
quotuplex.*

Quinto, juramento similem esse *adjurationem*, quæ est,
contestationi rei sacræ ad permovendum alterum, sive id fiat
per modum *imperij*, sive *obsecrationis*, ubi DEUS non ut *testis*
vel *fidejussor*, sed ut *objectum amoris* vel *timoris* adduci-
tur.

*jurare est
licitum.
requisita
ad juramen-
tum.*

Sextò, quod jurare sit licitum, defertur enim tunc
DEO cultus *latræ*, modò *reqvisita* ad sint, scilicet *capacitas*
jurantis, *voluntaria* & *deliberata* *jurandi intentio*: Comi-
tes: *veritas*, *justitia*, & *judicium*, serveturque *forma*, si *pra-*
scripta.

Ex promissorio actio non nascitur; quia nudum *tali-
juramentum*
tum pro
missorium
quando
nullum.

Observa primò, illud esse nullum, si iniquitas sit ex par-
te jurantis, juxta regulam juris in 6. non est obligatorium con-
tra bonos mores *præstitum juramentum*, v. g. *juro*, quod oc-
cidam.

Secundò, esse autem simpliciter servandum, si iniqui-
tas sit ex parte ejus, cui, v. g. *juro solvere usuras*. Cap. 6. §. De
vandum.
jurejur. quia hic jurans sibi tantum consulere intendit.

Tertiò, probabiliter etiam confirmare actum, alias nul-
lum ob privatam utilitatem. per L. 1. & *Auth. Sacramenta pu-
berum*. Cod. Si *adversus vendit*. Cap. Cūm contingat. §. De *jure-
jurand.* Cap. Quamvis. De pact. in 6. quæ postrema duo diffe-
runt, nam prius nullum jus tribuit parti, secundum tribuit,
& contractum validum facit, ut relaxato juramento actus
adhuc teneat, & obligatio ad hæredes transeat. Vallensis
§. De *jurejur.* §. 8. n. 4. & seqq. hæc de juramento promis-
sorio. Ex assertorio itaque datur actio, non quidem ex nece-
ssario, quod tantum probationem supplet; sed ex judiciali &
ex voluntario; propter speciem transactionis, quam continet,
si à reo deferatur, & actor juret in forma debita, & petita, sibi
quid deberi, cùm defertur de judiciali probat §. u. b. de vo-
luntario L. In duabus reis. ff. De *jurejur.*

Definitur hæc actio in factum, quod sit prætoria com-
petens ei, qui delatum *præstitit* juramentum, adversus defen-
tentem, ut *præstet* id, quod juratum; quia tantum quæritur
an juratum sit?

Is, cui defertur, vel tenetur jurare, vel referre, vel sol-
lere, L. *Manifesta. ff. d.t.* *is, cui de-
fertur, jura-
re tenetur.*

An, si reus verè debeat, & actor juraverit, prior actio
adhuc sit salva? Quidam dicunt, quod sit, si formiter, id est,
expressâ debiti causâ, sit juratum, non si informiter. Alij, quod

sit, si ante litem contestatam juratum; non etiam, si post. Alij dant utramque.

Si actor jutaverit deferente adversario, rem esse suam, ab adversario, non etiam à tertio possessore vi hujus juramenti petere poterit; quia ille tantum deculit. Qvòd si ex postfacto pateat jurantis perjurium, non retractabitur præstitum, juramentum. L. i. Cod. d. t. licet ut perjurus puniri possit. L. 2. Cod. eod. nisi aliter conventum. d. L. i. vel super relictis in testamento præstitum sit, non visis tabulis. L. fin. Cod. eod.

prætorie pœnales. album quid attio de albo corrupto quid. In §. 12. agitur de quibusdam actionibus prætorijs pœnalibus, prima est de albo corrupto. Album autem est tabula, in qua prætorum proponebantur edicta, corrumpere est destruere. Si quis igitur edictum perpetuum ibi dolo malo corruperit, tenetur hac actione. quæ est præatoria, personalis, pœnalis, annalis, competens cuilibet de populo, adversus eum, qui edictum perpetuum propositum, vel etiam proponendum dolo malo corrupit. in 500. vel ut alij 50. solidos. L. 7. 8. 9. ff. De jurisd.

si plures corrumpant. si defamilia unius. Sic & datur actio utilis, si quid simile loci publici quis corruperit. Si plures liberi homines simul corrumpant, tenentur singuli ad pœnam. d. L. 8. & qui non habet in ære, luit in cute. d. L. 7. §. 3. Idem est, si plures ejusdem domini sint servi, tenetur enim dominus pro qvolibet. d. §. 3. propter magis contemptam prætoris auctoritatem: licet in furto se aliter habeat. ff. Si famil. furt. feciss. dic. pœnam hanc alij fisco, alij actori applicant. arg. L. 3. ff. De litig. alij, si actoris intersit, actori, alias fisco. Vultejus medietatem fisco, medietatem, actori tribuit. arg. L. Lege Cornelii. 25. §. fin. ff. De Scto. Silanian.

quos in jus sine venia citare non licet. Secunda est actio in factum ex' edito de in jus vocando. si quis ex liberis vel libertis parentes vel patronos, eorumque parentes, vel liberos invitatos. L. u. ff. De in jus vocand. sine venia in jus ad prætoris tribunal vocaverit. L. 4. §. 1. ff. d. t. parentes,

rentes intellige quoscunque in infinitum. d. L. 4. L. 5. L. 6. L. 8. cod. etiam sacerdotum & socrum. L. Rei judicata. §. fin. cum L. seq. ff. Solut. matrim. poena est quinquaginta solidorum. §. pen. in pœna injuria. fr. De pœn. temer. litigant. Venia hodie, cum obtorto collo in vocantium jus vocatio amplius non fiat, videtur à judice dari, si cognitis circumstantijs citationem decernat. Ex dictis definitionem facile facere potes.

Tertia actio ex editio pratoris: Nè quis eum, qui in jus vo- eximere catur, vi eximat, néve dolo malo faciat, quò magis eximatur. quid. Ubi vi reqviritur, non etiam dolus. L. 3. §. fin. L. 4. L. 5. ff. Nè quis eum, qui in jus. voc. vi exim. hinc eum eximens, qui vocari non potest, v. g. patronum, non tenetur. L. i. §. fin. d. t. pœna est, ut actori licet estimationem præstet. L. 5. §. 1. quam singuli præstant, si plures exemerint. d. L. 5. §. 3.

Simile huic est editum, de eo, per quem factum, quò minus se quis in judicio sistat, differt à priori, quò in hoc dolus tantum attendatur, competitque actio & actori & reo, & detur ad id, quod interest, unde uno solvente reliqui liberantur. L. i. ff. De eo, per quem. &c. sub quo interesse, licet sumptus litis non veniant, possunt tamen & ij officio judicis peti. L. Sanctus. Cod. De judic.

In §. 13. agitur de actionibus prejudicialibus, sic dictis à præjudicio, quod alias pro damno, pro sententia à superioribus lata, hic autem pro antejudicato, vel judicando sumitur, prejudici & definitur, quòd sit quæstio, quæ facit alias questiones cessare, um quid, donec hec decisâ sit.

Aliam dicunt præjudiciale ratione præminentia, ut in L. fin. Cod. De ord. judicior. aliam ratione contingentia. aliam ratione statu, quales sunt, dum priùs de libertate, vel de ingenuitate, vel de familia decidi debet, & decisis his alteras quæstio proposita, qvæ quis v. g. res tanquam à servo, operas tanquam à liberto, reverentiam tanquam à filio petit. Vin-

nius
aciones
præjudi-
ciales.
præjudici-
& definitur,
quòd sit quæstio,
quæ facit alias
questiones
cessare,
um quid,
donec hec
decisa sit.

nus autem ait eas esse præjudiciales; quia his quis alterius statum oppugnat, ex fine; quia præjudicij faciendi causâ in alijs rebus instituuntur.

sunt reales. Sunt reales d. 6. 13. ex verbis *in remesse videntur*, id est, sunt, item; quia auctor vindicat aliquid suum in persona, sicut per actionem confessoriam, vel negatoriam in re alterius, quamvis Vultejus eas velit esse personales. Item prætoriæ, præterquam, quod causa liberalis ipsam originem ex jure 12. tab. vel ex SCto. habeat.

Ex mente utiles hujusmodi actiones hodie intentari possunt. Et ratione contingentiae complures, quamvis Oldendorp. velit eas tantum debere dici exceptiones vel replicaciones præjudiciales.

Differunt præjudiciales ab alijs, quod sunt de statu (expediebantur tantum apud prætorem) & præjudicent futuræ liti.

res sua condici non potest. casus exceptus in fure intell. L. 6. S. 4. ff. rer. amot. In §. 14. traditur, quod quamvis res sua ut sua condici, seu actione personali peti non possit, cum dari amplius res propria domino nequeat, sic tamen casus exceptus in fure, quia domino rei ablatæ condicione furtivâ conveniri potest, tum ut plures actiones competant, tum, ut teneatur etiam, re pereunte absque dolo, & etiam hæres furis conveniri possit, licet nihil ad eum pervenerit. L. 7. §. 2. L. 9. ff. *De condicione furtivâ*. in odium furum, nè facilè hæredes habeant, est sententia communis. In L. 6. §. 4. ff. *Rer. amot. comparatur*, quidem hæres mulieris, quæ amovit, hæredi furis; sed non adæquatè, ita *Glossa*. scilicet, quod, sicut condicione furtivâ datur contra hæredem furis indistinctè, ita etiam detur actio rerum amotarum contra eum, in quantum ad eum pervenerit. L. fin. Cod. Rer. amot. dubitandi ratio esse poterat, quod actio rerum amotarum ob matrimonij reverentiam esset introducta, quæ in hærede non militabat, L. 9. §. ult. L. 10. ff. *De tute-*

& rat. distrah. & utilit. curat. raus. act. loqvuntur deactio- ne furti. juxta L. 33. ff. Defurt.

In §. 15. dicitur, quod actiones reales dicantur vindicationes, actiones autem personales condiciones; quia olim apprehensus reus solebat unâ cum auctore dicere diem, quo in judicio simul stare vellent.

Quamvis autem omnes actiones personales dici possint condiciones, aliquæ tamen in specie hoc nomen retinent, ut condicione furtiva, indebiti, sine causa.

Tertiò ab objecto dicuntur aliæ actiones rei persecutoriae, quæ id, quod ex patrimonio abest, aliæ *pæna persecutoriae*, objecto. quæ id, quod non abest, auctoritate legis, aliæ mixta, quæ partim id, quod abest, partim id, quod non abest, persequuntur. §. 16. h. t.

Rei persecutoriae sunt omnes actiones reales, & personales ex contractu descendentes ferè omnes. §. 17. h. dicitur ferè, *alia rei persecutoriae*. propter actionem depositi, quæ mixta est, si in casu vel incendij, vel tumultus, vel naufragij, vel ruinæ, quid depositum, & depositarius negaverit, d. S. 17. ubi actiones rei persecutoriae complures invenies.

Actiones *pæna persecutoriae*, actio furti manifesti in quadruplum, nec manifesti in duplum. §. 18. Huc referunt actio- nem injuriarum, de albo corrupto, & alias.

Mixte verò actiones, prima vi bonorum raptorum, quæ datur in quadruplum, cui inest simplum. Secunda Legis Aqviliæ, non solum si inficians conveniatur in duplum; sed etiam ex natura sui ratione quanti plurimi. Tertia Actio ex testamento pro relictis ad piæ causas in duplum, si negatio vel dilatio ultra annum accesserit. §. 19. h. *alia mixta.*

Dicuntur & actiones mixtæ; quia tam in rem, quam in personam sunt, de quibus §. 20. h. scilicet *actio familiae circunscinda, communi dividendo, & finium regundorum*, ijs enim pe- timus

timus rem nostram, & eatenus sunt reales, & etiam præstationes personales nobis debitas ex quasi contractu in prioribus, & ex delicto in posteriori, & eatenus sunt personales. Alij dicunt mixtas; quia sunt duplices, id est, idem & actoris & rei vices iustinet. alij: quia sèpè fit adjudicatio uni, si res commodè dividi nequeat.

De actione familiæ erciscundæ vide §. 4. supr. De obligat. que ex quasi contract. nasc. quæ utilis etiam datur arrogato im- puberi ratione quartæ Pianæ.

De actione communi dividendo. §. 3. d. t. quæ locum habet, licet quis in persona erraverit, si cogitaret rem cum alio esse communem. L. 6. ff. Commun. divid. si alienam, negotiorum gestorum actione, si suam, retentione sibi consulet. L. 14. §. 1. d. t.

Si res communis ab uno sit oppignorata, sicut potest, *recommuni- ni pignora-* L. 3. in. fin. De pignorib. huic actioni locus est. L. 7. §. Si debitor, *tà actioni* d. t. quo casu, si divisio facta, debitor partem suam adhuc luke- *comm. di- vid. locus.* re potest. Sin autem tota creditori adjudicata fuisset, altero provocante non reddet partem, nisi & pretium adjudicata partis refuderit. d. §. Si debitor.

actionibus isti non prescribatur, tum; Observa, quod actionibus istis non prescribatur, tum; quia in mera facultate eas est intentare, tum; quia communio parit discordias. Opposita L. 1. §. 2. Cod. De ann: except. intellige, si vel rem, ut propriam quis possederit, vel de præstationibus personalibus facta divisione.

Finium regundorum, id est, limitum discernendorum, si limites agrorum turbati, aut confusi sint. Actio definitur, quod sit civilis, mixta, quæ datur ei, qui confines agros habet, contra eum, cum quo habet, ut limites dirimantur, vel constuantur, & præstetur id, quod alterum alteri præstare oportet. L. 1. L. 4. L. fin. ff. Fin. regund. Si in prædijs urbanis contentio, utilis datur. DD. add. L. 4. §. pen.

Fines

Fines verò ex L. 12. tab. spatium quinque pedum inter agros denotant. Unde agrimensores eos considerare & modum dicere debent, hinc tit. v. g. Si mens. fals. mod. dix. Inter socios super fundo communi, licet unus proprium confinem fundum habeat, quia contra se agerent, hæc actio non datur. d. L. 4. §. Si communem.

A causa formalis dicunt alias esse actiones *in simplum*, *actiones in duplum*, *triplum*, *vel quadruplum*. §. 21. h. t. In simplum sunt ea, quibus vel rem tantum, vel poenam sine respectu ad rem petimus, exempla §. 22. b.

In duplum actiones recensentur §. 23. prima, *furti nec duplum manifesti* indistinctè, secunda, *Legis Aquilia*, tercia, *depositi*, quarta, *actio ex testamento pro legatis p̄ys.* intellige secundum distinctiones in casibus supra §. 19. dictis. Quinta, *actio servi corrupti*, id est, ratione deteriorationis servi in animo, quæ definitur, quod sit actio præatoria, personalis, mixta, quæ datur domino servi & hæredibus adversus eum, qui servum corruptit, in duplum. L. 1. L. 14. ff. De serv. corrupt. duplantur autem & in quantum depretiatus, & interesse domini. d. L. 14. Utilis hæc actio etiam datur dominis, parentibus ratione subditorum, liberorum corruptorum, ad id, quod interest eorum, animos non corrupti. d. L. 14. §. 1.

In triplum actio erat conditio ex lege, quâ reus, à quo *triplum* actor plus in libello petiit, quam sibi deberetur, ideo, ut executores litium plus sp̄tularum nomine exigere possent, convenit actorem ad triplum damni dati, cui tamen inest simplum. §. 24. b. verum hæc actio in usum amplius non est.

Actiones in quadruplum recensentur §. 25. b. prima, *furti manifesti*, secunda, *actio quod metus causâ*, ubi *quadruplum.*

Observa. I. Quod metus sit præsentis, vel imminentis malici causâ mentis trepidatio. L. 1. ff. Quod met. caus. sitque *metus quidam* alius reverentia, alius potentia, alius perfidia, alius minarum, ali- *et quoque* plex.

us atrocis facti, uti in L. 3. 4. & seqq. d. t. Secundò, hic teqviri metum atrocis facti, præsentem, illatum ab eo, cui datum vel promissum in hunc finem injustè incussum. L. 5. 6. 7. 14. §. In hac actione. d. t. & quia adest Vis.

vis quid, & Observa tertio, quod vis sit violenta extorsio, aut majoris rei impetus, cui resisti non potest. L. 2. eod. caque vel absoluta, seu præcisæ, alia conditionata, seu compulsiva, quæ in nostro casu intervenit. Alias etiam vis alia dicitur ablativa, alia expulsiva, alia turbativa, alia inquietativa, alia usurpativa.

contractus metu inici teneant. Qværes. An contractus metu initi teneant? Affirmatur etiam in contractibus bonæ fidei, tum; quia adest consensus, tum; quia dicitur ratum non habeo, in L. 1. d. t. tum; quia datur exceptio juris. ergo. Qvamvis dolus dans causam contractui bonæ fidei faciat nullum; quia dolus auferit consensum circa causam, non etiam metus.

casus excepti. Sunt tamen etiam ratione metus aliqui casus ex dispositione juris ab initio nulli. Primus, promissio dotis. L. Si mulier, §. Si dos. d. t. ratio, nè semel dotata fiat indotata, Secundus, matrimonium. Cap. Veniens. 13. &. De sponsalib. Tertius, votum. Cap. 1. &. De his, que vi metusve caus. quia plena in his requiritur libertas. Quartus, absolutio à censura. Cap. un. d. t. in 6. Quintus, tutoris auctoritas. L. 1. in fin. De auct. tut. Sextus, jurisdictionis prorogatio. L. 2. in pr. De judic. Septimus, manumissio. L. 17. ff. Qui, & à quib. manumiss. addunt alij testamentum, sed sine textu, & videtur obstatre integer titulus in Digest. Si quis aliquem testari prohib. vel coeger. Non obstat. L. 20. Qui testam. facer. poss. quæ de teste coacto, qui rogatus nō est, loquitur, potestque esse voluntas solennis, & tamen coacta compulsivæ, ut nec tunc hæredis institutio absolute ab alieno dependeat arbitrio.

Sunt

Sunt tamen etiam actus, qui non obstante metu re- rescindendi non possunt, uti baptismus, confirmatio & ordo, ob non potest characterem, qui imprimitur. Cap. 3. §. Item queritur. &. De baptismo, & ordo confirmationis, & ordo baptismo.

Definitur actio, quod metus causâ, quod sit actio prætoria. L. 1. ff. Qued metus caus. personalis in rem scripta. L. Metum metus causa autem. 9. §. fin. eod. arbitraria. §. 31. infr. h. t. competens ei, qui s. a. quid. metu justo coactus quid fecit, vel dedit, ejusque hæredibus L. 16. §. Hæc. d. t. adversus eum, qui metum intulit, vel rem metu extortam possider. L. 14. §. Pedius quoque. eod. intrâ annum in quadruplum, post annum in simplum. Contra hæredes inferentis metum datur in id, quod ad eos pervenit. d. L. 16. infine. eod. semel, licet postea consumpta sit. L. 17. 18. 19. eod. fieri enim contestatio litis in id, quantum semel pervenit. & sic intellige L. 20. d. t.

Quamvis autem detur in quadruplum, non condemnatur tamē in id possessor, nisi sententia interlocutoria, ut satisfiat, non obtemperet; quia tunc contumacia meretur, ut in quadruplum condemnetur. d. L. 14. §. 1. eod.

Tertia in quadruplum recensetur actio in factum de caluminatoribus. Est autem caluminator aliis in criminalibus causis, qui sciens prudensve alicui falsa crimina deolo malo intentat. L. 1. §. 1. ff. Ad SC. Turpiss. hujus olim erat pœna iniustio Lit. K. in fronte ex Lege Remnia, quæ abrogata. L. 17. Cod. De pæn. postea Talio, hodie adhuc infamia. L. 8. fin. Cod. De calumniat. huic accedit prævaricator, qui vera crimina dissimulando occultat. L. 1. §. 1. §. Prævaricatorem. Ad SC. Turpiss. item tercitor. prævaricator. giversator, qui ab incepta accusatione absque abolitione, id tergiversator. est, desistendi venia desistit, d. L. 1.

In civilibus vero calumniator est, qui ideo pecuniam vel rem accipit, ut aliquem vexet in judicio vel desistat; sufficit

actio infamie et enim animus. L. 1. 2. 3. ff. *De calunnia.* In quo casu hæc actio datur, quæ est prætoria, personalis competens ei, cui calumnia vel facta est, vel fieri debuit, adversus eum, qui pecuniam accepit, ut negotium ficeret, vel non faceret, intrâ annum in quadruplum, post annum in simplum. d. L. 1. ff. *cod.* qui annus respectu dantis mox, respectu alterius, ex quo cognovit, currere incipit, L. 6. *cod.* si dans, nè faciat, datum repetat, alter adhuc ad quadruplum agere potest. Hæredi hæc actio non competit, ait L. 4. d. t. Ratio; quia sapit vindictam, potest tamen & is repeteret id, quod datum, vel per conditionem ob turpem causam, vel etiam actione hæc, ita Oldendorp. Contra hæredem datur in quantum ad eum pervenit. L. 5. d. t.

Quarta in quadruplum actio est condicitia, competens contra executores litium, qui plus debito exegerunt in quadruplum. & hæc ad §. 25. b. t.

In §. 26. dicitur, quod actiones in duplum aliæ sint ex natura tales, ut furti nec manifesti, servi corrupti, aliæ ex accidenti, dilatione, vel negatione, ut supr. §. 23. priores etiam hæredi, & etiam contra fidejussores in duplum dantur, non etiam posteriores; quia ante litem contestatam in bonis defuncti non sunt, & fidejussor non tenetur, nisi in id, quod ex natura actionis venit. Qvod autem dici solet in istis actionibus negantem teneri in duplum, intellige, si judicialiter negaverit, aliæ enim adhuc poenitentia locus. arg. L. *Electio.* 25. §. 5. ff. *De noxalib. actionib.*

In §. 27. b. t. dicitur, quod aliæ actiones sint indistinctè in quadruplum, actio autem quod metûs causâ non nisi proper contumaciam, ut dictum.

actio quod metûs causâ differt ab alijs.

actiones bonæ fidei, differunt ab alijs.

Qvintò à qualitate intrinseca, ut loquuntur, dicuntur actiones aliæ bonæ fidei, aliæ stricti juris. Illæ sunt, in quibus judex liberiorem judicandi potestatem haber, ex bono &

actiones in duplum ex natura & accidenti que?

æquo

æquo etiam de ijs, de quibus partes non cogitârunt. Hæ, in quibus judicare debet secundum conventa, vel verosimiliter cogitata. Cognoscatur olim, qualis esset actio, ex formula à Prætore præscripta. Si enim ei adjecisset: *quod æquius, melius, vel ex æquo & bono &c. judex esto, bonæ fidei; aliæ stricti juris actio dicebatur.* Hodie ex actiones solum bonæ dicuntur fidei, quæ in hoc 28. §. & seqq. recensentur, & habentur in his verbis:

Empti, erciscunde, mandati, depositique.

Pignora, conducti, communi, profaciōque,

Dotis & heredes, tutela, commoda gestor,

Prescriptis verbis, permuat & estimat. ista

Dico bonæ fidei, stricti sunt cetera juris.

De plerisque actionibus actum, sicut & suprà ad §. 1. *De locat. traditum, contractus innominatos esse quatuor, do, ut des, do, ut facias, facio, ut facias, & facio, ut des, & ex his nasci regulariter actionem præscriptis verbis, cum plura sint negotia, quam vocabula.* L. 2. 4. ff. *De præscript. verb.* quæ etiam actio in factum dici solet, quamvis hæc latius pateat, utpote quæ etiam ex varijs criminalium causarum figuris oritur, cum altera tantum oriatur ex negotijs civilibus, quæ similitudinem habent cum nominatis contractibus, his præsuppositis.

Observa, actiones præscriptis verbis esse stricti juris, præter duas, prima, quæ ex permutatione oritur. Casus: si dem tibi eqvum v. g. ut mihi des bovem (do enim, ut des, & permutatione non differunt) competit mihi actio civilis perpetua bonæ fidei adversus te, hæredesque tuos, ut mihi des bovem, aut interessè præstes, vel eqvum restituas. L. 1. ff. & Cod. *De rer. permuat.*

Altera præscriptis verbis actio, quæ bonæ fidei est, proponitur de estimato. Casus: si tibi rem æstimata tradam, ut

*continues
innomi-
nati qui-*

Casus.

Casus.

*actio affi-
matoria
quid.*

*ad quem
fidei pe-
riculum.*

*hereditatis
petitio
quid?*

ut vendas, & pretium, vel rem restituas. quo casu dubitatur, quæ actio competenter; & placuit æstimatoriam esse dan-
dam. L. i. ff. *De æstimat. act.* quæ definitur, quod sit actio civi-
lis, bonæ fidei, competens danti rem æstimato vendendam,
contra eum, qui accepit, ut vel æstimatio præstetur, vel res re-
stituatur. L. i. Cod. d. t. fin accipiens mercedem suscepit, ea-
dem utilis datur. L. 2. ff. cod.

Qværes. Ad quem spectet rei hujus periculum? L. 17.
§. 1. ff. *De prescript. verb.* ait. Si ego te rogavi, ut venderes,
esse periculum meum, si tu me rogasti, esse tuum. Alij, si
æstimatio fiat in gratiam mei, esse meum, si in tua gratiam,
tuum. & sic combinant d. L. 17, cum L. i. §. 1. ff. *De æstimat.*
Alij distinctionem hanc admittunt, si res data vendenda pro-
ut æstimabitur; si determinato pretio, quia accipiens emisse
videtur, ad accipientem.

*Est & bonæ fidei actio, hereditatis petitio, quæ defini-
tur, quod sit actio civilis. L. Item veniunt. §. Prater hec. ff. *De
heredit. petit.* L. i. *De poss. ff. heredit. petit.* & L. 2. *De fideicommiss.
heredit. petit.* universalis. §. fin. supr. Per quas person. cuique
acquir. mixta, id est, realis. L. 5. ff. *De heredit. petit.* & perso-
nalis propter præstationes personales, quæ in hanc actionem
actionis jure veniunt. L. 20. §. 1. 2. L. 25. §. pen. ff. d. t. bonæ fidei
hic & L. fin. Cod. *De heredit. petit.* competens heredi. L. 2. 3. ff. d.
t. adversus eum, qui pro herede vel possessore rem heredita-
riam possidet. L. Regulariter. ff. cod. id est, qui vel putat, vel al-
legat se heredem esse, vel possidet; quia possidet. L. 9. 10. u.
12. 13. ff. cod. (unde contra possidentem rem titulo singulari
hæc actio non datur. L. 2. 7. Cod. d. t. & singulare est, quod pos-
sessor titulum edere cogatur. L. 11. Cod. cod.) ad hoc, ut decla-
retur hæres, & res hereditariae unâ cum præstationibus per-
sonalibus restituantur. d. L. 20. & seqq. cod. Contra emptorem
herer-*

hereditatis datur utilis, si non extet venditor, vel exiguo pre-
cio vendiderit. L. 13. §. Qvod, si quis. ff. cod.

Est autem hereditatis petitio alia civilis, quæ definita, & quo-
alia possessoria, quam prætor dat bonorum possessoribus. L. i. plex.
2. ff. *De poss. ff. heredit. petit.* & *fideicommissaria*, quæ fideicom-
missario, non contra fiduciarium, sed contra alios, ut dictum,
datur. L. 2. 3. ff. *De fideicommiss. heredit. petit.* si verbis tantum,
restitutio facta sit.

Erat olim in usu *actio rei uxoria*, quæ bonæ fidei erat, *actio rei
uxoria*. dabaturque conjugibus respectivè ad dotem conseqvendam
& repetendam. Justinianus eam sustulit, & utilitatem in-
actionem *ex stipulatu pro dote* transtulit. L. un. Cod. *De rei uxor.*
act. Unde hæc actio singularia habet, primum, quod singatur
intervenisse respectu mariti ad petendam dotem, & respectu
uxoris patrisve ejus, ad repetendam. d. L. un. in fin. pr. alijs ex-
traneus dorans, nisi specialiter eam sibi reddi stipuletur, do-
nâsse mulieri videtur. d. L. un. §. Accedit. 13. secundum, quod
hæc actio sit bonæ fidei. d. L. un. §. 2. tertium, quod compe-
rat, licet dos certa sit.

Erat olim etiam locus *edicto de alterutro*, quo cautum,
ut, si maritus reliqvisset aliquid mulieri, alterutro, id est, vel
reliquo, vel dote contenta esset, nisi maritus utriusque in testa-
mento meminisset, aut dotem sibi reddi mulier expressè sti-
pulata fuisset, sed & hoc edictum est cassatum. d. L. un. §. 3.
& §. Igitur.

Præter actionem ex stipulatu pro dote, accepit dos ad-
dotis pri-
hue privilegium reale tacitæ hypothecæ utriusque respectu leg. que?
conjugum. d. L. un. §. Et ut pleniū. item personale prælatio-
nis, quo ipsa mulier alijs creditoribus præferetur. in fin. b. §. 29.
& chirographarijs & hypothecarijs tacitam hypothecam
priorem habentibus, quod omnes admittunt, imò etiam ex-
pressam, ut probat L. Affiduis. fin. §. Ad hec. Cod. Qui potior. in-
pigne-

pignore hab. Et ex Novell. 97. De aequalitate dotis. Cap. His consequentes. 3. Et Cap. Quia vero. 4. Neque dicas auferri prioribus ius quæsumum; quia non quæsumum aliter, nisi sub conditione, si aliud magis privilegiatus non adveniret. Idem tamen prælationis privilegium etiam liberis ex speciali legis dispositione competit, a. L. fin. §. Exceptis.

actio ex stipulatu pro dote. quod sit actio civilis quidam, personalis, bona fidei, quæ datur marito adversus uxorem, patrem, vel eum, qui dotem promisit, ad dotem consequendam. Vel, quæ soluto matrimonio (vel etiam eodemstante, si ad inopiam vergat maritus. L. Si constante. ff. Solut. matrim.) datur uxori, hæredibusque ejus adversus maritum, ejusque hæredes, ad dotem repetendam.

compensatio quidam. In bona fidei judiciis judex ex bono & aequo judicet, quantum actori præstari debeat, ubi etiam locus compensationis (quæ est debiti & crediti inter se contributio. L. 1. ff. De compensat.) modò debitum hinc inde sit purum. L. 7. ff. d. t. liquidum consistens in quantitate. L. 4. s. 8. u. fin. Cod. eod. In speciebus enim locum non habet, nisi agatur ad aestimationem, quo sensu intellige §. 30. b. Et a. L. fin. dum dicunt etiam in actionibus realibus & stricti juris hodie compensationi locum esse, excipe tamen causam depositi propter fidem datam, & interdictum unde vi; quia spoliatus ante omnia restituendus, dictis textibus, quamvis etiam dolus cum dolo compensetur, si agatur civiliter, L. 30. ff. De dol. L. 10. ff. De compensat. Si debitor creditori suo leget, præsumitur voluisse compensare. Si debitum sit necessarium, id est, à lege impositum. L. 22. §. Si differentia pater. ff. Solut. matrim. non etiam si voluntarium.

inter judicia boni. fieri. Differunt hæc judicia primò, quod in bona fidei judiciis mox ex mora adjudicentur fructus etiam non petiti specialiter, secundò, in illis etiam usuræ debentur ex mora. L. 32. §. 2. ff. De usur, sicut & si per nudum pactum pro-

promissæ sint. L. 7. §. Quinimodo. s. ff. De pact. in stricti juris non, nisi per stipulationem sint promissæ. L. 29. ff. De prescript. verb. excipe, si debeantur res fungibles mutuo datae. L. 12. ff. L. 21. Cod. De usur, vel sit pecunia à civitate credita, L. 30. ff. eod. tertio, dolus dans causam contractui bona fidei, facit illum esse nullum ex parte decepti. L. 3. in fine. ff. Pro sociis. stricti juris adhuc tenet. L. 36. ff. De V. O.

Quartò, si dolus incidat in illum, resarcitur damnum, per actionem ex illo contractu, in hoc per actionem, vel exceptionem doli. ita Mynsing. ad §. 28. b. t. dicitur autem dolus dare causam, quando quis eodem cognitum non contraxisset, sin autem adhuc contraxisset; sed non hoc modo, dicitur iuicidere.

Quintò, in illo, si quid debeatur sub conditione, exiguntur cautio. L. In omnibus. ff. De judic. in his non, nisi post contractum causa exigat. L. 10. in fin. ff. Qui satisf. cog.

Sextò, in illis juratur in item, in his regulariter non. L. 5. §. fin. L. 6. L. In actionibus. ff. De in item jurand.

Septimò, in illis rem deterioratam restituens, actioni neccum satisfacit, nisi unum pretium addat L. 3. §. Si redditum. ff. Commod. secus in his.

Octavò, pactum in continentia appositum illis, inest & ex parte actoris, id est, actionem parit; & rei, id est, parit exceptionem, in his autem tantum ex parte rei. L. 7. §. Quinimodo. ff. L. 13. Cod. De pact. Appositum vero pactum ex postfacto illis parit exceptionem, quæ ipso jure inest, non etiam in alijs. Ipso jure autem dicitur inesse exceptio, cuius habere rationem debet judex, modò ei constet, altera vero solenniter opponi debet. Vel secundum jura vetera illius habere potest rationem judex, licet formula à prætore præscriptæ non fuisset addita exceptio, in stricti vero juris alias non, nisi esset addita; quia judex formulam egredi non poterat.

*actiones
arbitrariae
quasi ter-
tiam spe-
ciem con-
stituunt.*

In §. 31. agitur de actionibus *arbitrarijs*, quæ quasi tertiam speciem constituunt; quia licet stricti juris sint, judex tamen laxius & quemadmodum actori satisfieri debeat, dijudicat. Unde certæ tantum actiones sunt, in quibus prius tanquam arbitrus pronunciat, ut reus actori satisfaciat, postea nolentem & contumacem rigorosè condemnat, quod sibi imputare debet. Exemplum in actione *quod metus causâ de qua suprà*. Vel quia ex se nimis rigorosa videatur condemnatio, vel quia in principio iniqua quasi videatur petitio, & justa defensio, ut consideranti eas patebit.

*arbitraria
actio quid.*

*alia reales,
alia per-
sonales.*

*editum
prætoris.*

*actio de
dolo quid.*

*actio de eo,
quod cert.
loc. dar.
opozet
quid.*

Definitur *arbitraria actio*, quod sit ea, in qua ex natura sententia interlocutoria præredit definitivam, si autem interlocuto quis satisfaciatur, absolvetur, alias condemnatio sequitur. Sunt alias reales ut publiciana, serviana, quasi serviana. alias personales, ut actio, quod metus causâ, de qua actum, item actio de dolo, de qua hic.

Prætor enim edixit: quæ dolo malo facta esse dicentur, si de his alia actio non erit, & justa causa videbitur, judicium dabo. L. 1. ff. De dol. mal. unde

Definitur hæc *de dolo actio*, quod sit præatoria, personalis, subsidiaria, arbitraria, quæ causâ cognitâ (scilicet cum alia specialis actio detur non æqvè infamans. L. 2. Cod. De dol. quæ sit quantitas, & quæ sint personæ. L. 9. 10. 11. ff. cod.) datur ei, qui simplicitate suâ ab aliquo lucri sui causâ circumscriptus est, ejusque hæreditibus contra decipientem, ut servetur indemnus deceptus, seu ad interesse. L. 18. §. 4. d. t.

Alia est *arbitraria actio, de eo, quod certo loco dari oportet*. quâ is, qui certo loco se soluturum promisit, etiam in alio loco conveniri potest. Unde definitur, quod sit præatoria, personalis, arbitraria, quæ datur ei, cui ex contractu stricti juris certo loco quid præstari deberet, adversus eum, qui debet, ut etiam

etiam in alio idoneo conventus loco præstet id, quod debet, factâ tamen mentione loci, nè plus loco petat.

Quod si quis se in hoc vel illo loco soluturum promiserit contra regulam, creditoris est electio per L. 2. §. Scavola. ff. De eo, quod. cert. loc. dar. oport. quod si hoc & illo loco promiserit, in quovis loco pars petetur. d. L. 2. §. 4.

Quarto hic recensetur *ad exhibendum actio*. Exhibere est copiam rei videndæ & apprehendendæ facere, ut ei, qui agit, experiundi sit copia. L. 2. ff. Ad exhib. unde regulariter dicitur præparatoria actionum realium.

Definitur, quod sit civilis. L. 1. ff. Ad exhib. personalis' actio ad ex in rem scripta. L. 3. §. 3. §. pen. cod. arbitraria, competens ei, bibendum cuius pecuniariter interest sibi rem mobilem exhiberi. L. 23. quid. L. pen. cod. adversus possidentem, licet naturaliter tantum, qui copiam exhibendi habet. L. 3. §. fin. d. t. ut rem mobilem exhibeat in publico, ut postea sit experiundi copia. L. 1. L. Si res tuas. Cod. d. t. alias condemnatur ad id, quod interest rem exhibitam non esse.

Aliquando per actiones certum petitur, appareat enim quando petatur certum.

Aliquando, si unum ex his non appareat, incertum, v. g. pentens hæreditatem, rationes tutelæ, &c. ubi tamen judex cura- judex ferent re debet, ut certæ pecuniæ vel rei sententiam ferat. §. 32. h. t. do senten- ut controversiam finiat. L. 2. ff. De re judic. v. g. agatur ad in- tiam que teresse: additur autem quantum possibile est; quia esse non potest in actionibus universalibus, generalibus, in re alternativæ debita, vel in genere, item, quoad accessoria, v. g. quoad fructus. sufficit enim sententiam libello esse conformem in sub- stancialibus, scilicet in re petita, causa, & actione, idque regulariter, fallit enim in summo principe, in causis criminalibus, item in civilibus quoad qualitates, modum, tempus & loco.

Iocum, & quoad quantitatem, vel sint de natura petitorum, vel correlativa, vel correspondentia.

*modi, qui-
bus plus pe-
titur, qui?*

In §. 33. b. t. traditur, quod actor attendere debeat, nè plus petat, sive re, sive modo aut causâ, sive loco, sive tempore, quod tempus triplex est, vel naturale, vel legale, vel conventionale, uno enim horum modorum plus petens olim non tantum formulâ; sed & ipsâ causâ cedebat. d. §. 33. adeò, ut majori, nisi ex magna causa, restitutio non daretur. Ratio; quia judex formulam egredi, & plus adjudicare non poterat, unde reum absolvere debebat. Quod si ex debito alternativo unum periérat, alterum peti potest, ita tamen, ut reus estimationem alterius solvere possit, si sine culpa ejus periérat, secundum Vultej. hic. n. 16. Zeno autem statuit, ut petens plus tempore, non nisi duplicato illo tempore exigere possit, d. §. 33. & 9. pen. infra. De except. si enim exceptio, tu petis plus tempore, ante litem contestatam opponatur, suspendetur plenè judicium, si post, executio. Justinianus alio modo plus petentem ad damna & interesse condemnat. Cadic tamen adhuc causâ hodie quis in casu L. fin. Cod. De plus petit, & in Novell. 15. cap. 4.

*emendare
libellum
quid.
mutare
quid.*

Si per errorem actor minus petierit, quam sibi debeatur, ei non nocet; sed in eodem judicio emendare libellum potest. §. 34. b. t. etiam refusis expensis usque ad sententiam. L. 3. Cod. De edend. Cap. Examinat. & De judic. quia emendare est aliquid libello addere, vel demere salvâ libelli substantia.

Sin autem aliquid addatur, ut non maneat libelli substantia, mutari dicitur, quod facere licet ante litem contestatam, imò & post, probatur ex §. 35. b. t. ex verbis in eodem judicio, quia ante litem contestatam non est judicium. L. 13. §. 1. Cod. De judic. item per L. 4. §. fin. De noxalib. actionib. L. Hujusmodi, 84. §. Qui servum. De legat. i. dummodo tergiver-

sandi

sandi animo non fiat, in quo casu loquitur Novell. 112. Cap. omnem, quâ mutatione factâ eadem instantia non manebit.

Sunt & actiones, quibus solidum consequimur, & quibus id non consequimur. qualis etiam aliquando est actio de peculio. §. 36. b. t. item, si conveniatur is, qui habet beneficium competentiæ, quo opposito non tenetur in plus, quam commodè facere possit. quod competit marito convento ab uxore. §. 37. b. L. 12. ff. Solut. matrim. L. 20. ff. De re judicat. nisi uxor æqvè egeat. arg. L. Pres. Cod. Deservit. & aq. vel maritus dolo sua dissipârit. L. 18. §. 1. Solut. matrim. si maritus mortuus, hæredibus nō competit, nisi hæredes sint primi gradus ex eodē matrimonio nati. d. L. 18. Idem beneficium datur soluto etiā matrimonio socero. L. 15. ff. Solut. matrim. contra nrum, quæ dotem repetit, & uxori. item socero contra generū, qui dotem petit stante matrimonio. L. 21. 22. ff. De re judicat.

Poterat olim ex causis maritus soluto matrimonio dotem retinere. L. 5. ff. De impens. in res dot. fact. hodie non. L. unic. §. Taceat. Cod. De rei uxor. act. quamvis compensatio adhuc sit licita, sed impensa necessariæ dotem mihiunt, vel jus dotis ipso jure. utiles autem actione vel mandati, vel negotiorum gestorum peti, voluptuariae deduci possunt, si facies patiatur. d. §. Taceat.

Competit beneficium competentiæ etiam patri contra filium. L. 17. ff. De rejudicat. patrono contra libertum; d. L. 17. socio etiam particularis negociationis. L. 13. ff. Pro socio. quæ hanc sententiam probat contra socium. §. 38. b. L. 16. ff. De rejudicat. d. L. Verum. 63. ff. Pro socio. ubi datur ratio, cum jus societatis, jus quodammodo fraternitatis in se habeat. unde

Qvæstio. An fratri contra fratrem detur? & non; qvia non est textus. & in privilegijs à data ratione non procedit argumentum, & ratio principalis esse videtur, ut alli- cian-

ciantur ad societatem propter bonum publicum, neque obstat, quod frater fratrem alere teneatur, sicut filius patrem; quia filius simul debet reverentiam patri, non etiam fratre fratri.

Datur etiam beneficium competentiae donatori contra donarium, nè ei liberalitas nimis sit damnosa. *L. Nescius. q. in fin. ff. De re judicat.* ita, ut donator non tantum sibi necessaria; sed etiam alijs debita detrahere possit. *L. 19. in fin. d. t. compensatio etiam facit quandoque*, ut actor solidum, non consequatur. *§. 39. b. t. compétit etiam competentiae beneficium ei, qui bonis cessit.* de quo §. fin. hoc est, debitori ex causa civilis, qui casu bonis *lapsus omnia bona præter vestem*, arg. *L. fin. ff. De bon. damnat.* creditoribus extradidit. Ubi effectum habet primum, liberationem à carcere. *L. 7. Cod. Qui bon. ced. poss. secundum, si dictior fiat, beneficium competen- tiae.* *L. 6. 7. ff. L. 1. Cod. d. t.* Infamiam hæc cessio non irrogat, *L. fin. Cod. eod. nisi consuetudo id inducat.*

Solent etiam creditores debitori inducias solvendi concedere *d. L. fin.* quæ cessionem bonorum postea non auferunt.

Datio in solutum est, quando aliud pro alio creditor accipere cogitur, ut à cessione differat.

Ad similitudinem incarcerationis olim fuit toleratum *obstaculum*, vulgo die Leistung: dum quis debitor se obligavit, si dato tempore non solverit, quod se in loco certo suis sumptibus sistere velit, indè non recessurus, nisi solvat. Verum usus illorum abrogatus Francofurt. Anno 1577. in Verbeser ter Policey. *Ordnung Von Bucherlichen Contracten. tit. 17. §. pen.* atque hæc ad titulum De actionibus.

*bonorum
cessio quid.*

*eius effe-
ctus.*

*obstaculum
quid.*

TITULUS VII.

Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negocium gestum esse dicetur.

Dicuntur & actiones quædam *principales*, quibus contrahens vel delinqvens ipse, quædam *adjectitia* qualitates actionibus principalibus, quibus alius convenitur: veluti si negotium seu contractus ineatur cum eo, qui in potestate est, tunc enim prætor dat actiones contra eos, qui illos in potestate habent. *hic in pr.* contrahens enim magis sequitur fidem illorum, quam eorum, cum quibus contrahit, ut hic eadem ferè serventur jura cum servis, quæ cum filiis familiis.

Prima actio dicitur, *quod jussu*, si contractus ille jussu patris vel domini sit initus, vel ab ijs ratihabitus. *Cap. Ratificationem. De R. J. in 6. aut subscriptus. L. 1. §. 4. ff. Quod jussu.* ubi tenetur pater aut dominus in solidum. *§. 1. h.* dicitur semper, *sijussu*, quia jussus ad personas subjectas mandatum ad liberis spectat. *Manzius hic.*

Secunda actio recensetur *exercitoria*, ab exercitore, ad quem navis quæstus pertinet, dicta. *§. 2. h. & L. 1. §. Exerci- toriem. ff. De exercit. act.* cui locus, si quis cum magistro navis, id est, eo, cui cura navis demandata, quisunque sit, vel cum substituto ejus, intuitu *negociationis maritimæ* contrahit; quo casu tenetur hæc actione exercitor in solidum, *d. L. 1. §. 5. §. 20.* unde, si cum nauta tantum contraxit, non tenebitur; quia consensus exercitoris ibi non adest.

Tertia actio dicitur *institoria* ab Institore, cui negotiatio terrestris commissa vulgo Factore, quæ contra principalem datur, si quis cū eo intuitu *negociationis* istius contraxerit in solidū. *d. §. 2. L. 1. L. 3. ff. De instit. act.* unde differt à pri-

priori, quod denominetur a præposito, non præponente, habeat locum in terrestri negociatione, non maritima, institor absque expresso mandato, vel si peregrè proficisci debeat, substituere non possit. L. 5. §. 10. d. t. possit tamen magister navis; quia in negociatione maritima est major necessitas, & etiam Reipublicæ utilitas. d. L. 1. in fin. pr. & §. 5. Datur tamen utraque perpetuo & hæredibus & in hæredes. L. 15. eod. Possunt enim & magister navis & institor, si liberi homines sint, directâ actione conveniri, durante officio, non etiam post. L. Procurator. 67. ff. De procurat.

4. tribu-

Qvarta actio dicitur tributoria, de qua §. 3. b. quæ locum habet, si quis cùm servo vel filiofamilias contraxerit, intuitu mercis peculiaris, quæ differt à merce dominica, quod in illa permittente domino negocietur nomine proprio, in hac nomine alieno. item differt à peculio, sicut res hæreditaria ab hæreditate. L. Aliquando, pen. ff. De tribut. ad. unde etiam licet conventus actione de peculio dominus vel pater, possit prius detrahere id, quod sibi vel suis debetur. L. 9. §. 2. 3. 4. ff. De pecul. conventus actione tributoriâ non; quia eadem est illius conditio cùm creditoribus, ut pro rata merx illa, intuitu cuius contractum est, distribuatur. Idcirco videndum, quâ actione agere expediat, cùm electâ unâ, regressus ad aliam, non detur. L. 9. §. 1. ff. De tribut. ad. unde &

*s. de pe-
cilio.*

Qvinta actio de peculio recensetur §. 4. b. in qua dominus, si post peculium datum cum servo contraxit, aut servus cum iis, qui sub potestate vel tutela ejus sunt, potior est alijs, ut dictum, nisi agat ad poenam. d. L. 9. §. Sive autem vel ordinarius servus quid debeat vicario in peculio existenti. d. §. 4. in fin. b. nè unā manū ex peculio accipiat, & alterā in illud reponat. Competit hæc de peculio actio durante peculio in perpetuum, extincto illo, per annum, ut etiam suprà tit.

preced. §. 10. dictum. L. 1. §. 1. L. fin ff. Quando de pecul. act. ann. est.

Sexta denique recensetur actio de in rem, id est, in utilitate domini vel patris verso, exempla §. 4. h. & L. 3. s. &c. ff. rem verso. 6. de in De in rem verso. ubi æquum, ut dominus vel pater, nè locupletentur cum damno alterius, illud exolvant. L. 206. De R. f. unde, si emptus, v. g. servus necessarius, totum pretium, si utilis, quantum valet, exolyendum est. d. L. s. Qvòd si pars tantum sit versa, pro ea huic actioni; pro residuo actioni de peculio locus est. d. §. 4. h. debet autem creditor in hac actione curiosus esse, quò vertatur. L. 3. §. 9. De in rem verso. licet eventus non respondeat. d. L. 3. §. 7. §. Unde.

In concursu actionum eam quis eligat, quæ sibi vide-
tur optima. §. 5. h̄c. Licet eadem actiones locum habeant, si
contractum cum liberis in potestate existentibus. §. 6. h̄c. dif-
fert tamen filiusfamilias à servo, quod ille stando in judicio, *filiis f. à*
compromittendo, vel etiam fidejubendo patrem obliget, non *servo dif-*
etiam dominium servus. L. 3. §. Si servus. §. Idem scribit. §. Si fi-
lius. ff. De pecul. & pluribus alijs modis, quos inter & iste quod
filiisfamilias detur SCtum Macedonianum ab improbo sc̄ene- ST. Mae-
ratore Macedone dictum, qui sub incertis nominibus, id est, donianum
non expressâ debiti causa, vel quantitate, vel solutione, in quid con-
mortem patris destinatâ filiusfamilias pecuniam mutuam dabat, tineat.
per quod filiusfamilias corrumpebantur, unde statutum, ut
illam repetens quisunque sit. L. 15. ff. De SC. Maced. exceptio-
ne istius SCti repellatur, non tantum à mutuatio; sed à
quocunque occasione istius mutui convento. L. 7. §. Quen-
quam. L. 9. §. Non solum. ff. L. pen Cod. De SC. Maced. non tantum
in foro fori; sed probabiliter etiam in conscientia, quia lex
justa & juris constitutiva est. Covarr. ad Cap. Quidamvis. De pa-
etis. in 6.

Cefas

*Quando
cesset.*

Cessat tamen primò, si consensu patris. L. 2. 4. Cod. d. t. secundò, si ab habito patrefamilias. L. 3. ff. cod. tertio, si absente se patremfamilias mutuata. L. 1. Cod. cod. quartò, si acceptum & versum in rem patris. L. 4. 5. Cod. cod. quinto, respectu peculij castrensis & quasi. L. 2. ff. cod. sextò, si numerata patrifamilias. L. 3. 4. §. fin. L. 3. ff. cod. septimò, solutione debiti. L. 7. §. pen. & fin. ff. cod. non potest enim solutum repeti.

Si pars debiti soluta, an pro residuo cesseret? Affirmat d. L. 7. §. pen. & fin. item L. 2. Cod. cod. Videtur negare L. 9. ff. cod. communior combinatio est, quod d. L. 9. loqvatur de pignore, per quod non videtur agnoscere totum debitum, sicut per partis solutionem. Qvòd si filiusfamilias ei renunciet, verius est, quod non cesseret; quia non in ejus, sed potius in patris favorem, principaliter autem in creditoris odium est introductum, nisi id juratò faciat, tunc enim post patris mortem videtur ad servandum juramentum obligatus esse. Hactenus dictum actiones obliquas contra patrem & dominum dari. in §. fin. statuit Justinianus quandoque hodie dominum & patrem etiam actione directâ conveniri posse.

TITULUS VIII. De noxalibus actionibus.

*quando &
quomodo
dominus ex
delicto ser-
vi conve-
niatur.*

Non tantum ex contractu; sed etiam ex delicto servi proprij & veri dominus conveniri potest, si delictum privatum committat. hic in pr. cum enim per eum acqvirat. æqvum etiam est, ut pro eo solvat, in publico enim ipse servus tenetur; quia ibi jus naturale spectatur. L. 2. Cod. L. 12. §. 4. vers. Item nec lex. ff. De accusat. convenit autem dominus actione ex commissio delicto cum additamento noxali, ad hoc, ut vel litis aestimationem præstet, aut

aut servum noxæ det, hic in pr. adeò, ut damniatus ad poenam adhuc noxæ dedendo se liberare possit; quia litis aestimatio est in obligatione, noxæ deditio in solutione. L. 1. ff. h. t. L. 6. §. 1. ff. De re judicat. ut noxales obligationes per hoc differantur ab alternativis. Qvòd si tamen domino sciente & impedire valente servus delinqverit, indistinctè dominus litis aestimationem præstare tenetur. L. 2. L. 5. ff. h. t. si servus tantum, quasi delinqvat, verior est sententia, tunc dominum peculiostenus tantum teneri. ita Mynsing. hic. Dicitur autem noxia delictum, & delinqvens noxa vocatur. §. 1. h. & ideo noxaliter tantum tenetur dominus, nè nequitia servorum dominis ultra corpora ipsorum noceat. §. 2. h.

Effectus noxæ deditiois est, quod dominus libere effectus no- tur, & alterius fiat ipse servus, nisi aliunde resarcire da- xa dedi- mnum & satisfacere poslit, tunc enim cum nulli fiat injuria, tionis. fiat liber.

Eundem effectum habet ductio servi, si is à nemine defendatur. L. Elec. 10. 26. in fin. ff. h. t. Est autem noxalis actione, vel civilis vel prætoria juxta principalem. §. 4. h. & con- action no- venitur eâ is, qui servum possidet, noxa enim caput seqvitur. xalus. §. 5. h. unde potest ex noxali fieri directa, & è contra. d. §. 5. Qvòd si autem proprio domino nocuerit servus, actio locum non habet; quia censetur eadem persona, licet alienetur, quia ab initio non constitit, sicut nec è contra si fiat servus ejus; quia extinguitur actio, nec reviviscit, licet rursus alienetur. §. 6. h. Filii familiæ olim noxæ dari poterant, hodie non, multò minùs filii familiæ. §. fin. h. sed ex delictis ipsi conveniuntur, & si condemnati fuerint, datur actio in pa- trem peculiostenus. L. 3. §. Idem scribit. ff. De pecul.

TITULUS IX.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Dauperies dicitur damnum finē injuria facientis datum. *b. in pr.* intellige, per se ratione carentis, unde, si animal quadrupes qualecunque *L. i. §. 2. ff. b. t.* damnum dederit, dominus ejus convenitur, ut illud resarciat, vel animal noxæ det, *utilis* actio datur, si animal bipes. *L. pen. eod.* Requiritur autem, ut animal damnum dederit præter naturam generis sui, v. g. equus calce percusserit & nullius instigatu aut culpâ, neque mortuum sit ante litem contestatam. *L. i. §. 4. 6. 7. 12. 16. ff. b. t.* unde

Si animal secundum naturam damnum dederit, vel ex feritate, & actio directa in factum. *§. i. b.* & *utilis hæc. arg. L. pen. ff. b. t.* vel sinē feritate, & actio de pastu dabitur. *L. 14. §. fin. ff.* De prescript. verb. si unius animal alterius animali nocuerit, distingue pro concitatione *juxta L. i. §. 8. b. t.* animal dans damnum occidere non licet, si de domino constet, *L. 39. ff. Ad leg. Aquil.* sapè tamen consuetudo contraria est, qua fundatur in *L. 9. ff. De damn. infect.* & *L. 8. ff. De incend. rui- na. &c.*

Si animal frumentum in herbis depastum sit, etiam ratio futuri lucri habebitur. *arg. L. 3. ff. b. t.* Nè noceatur per animalia, ædiles edixerunt, nè quis animal eò loci habeat, quâ vulgo iter sit, sub poena 200. solidorum si homo liber occidatur; arbitrariâ, si lædatur, aliás dupli. *§. i. b. & L. 40. 41. 42. ff. De edilit. edit.* quæ poena per actionem in factum à domino animalis exigetur.

Si circulatoris animal alicui nocuerit, locus est poenæ extraordinariæ, per *L. fin. ff. De extraord. criminib.*

Cùm in fine d. *§. i. b. t.* dicatur, quod præter ædilitias actiones etiam de pauperie actio locum habeat, scilicet uti lis,

animal
circulatori
noceat.

lis, & ratio addatur; nunquam enim actiones pœnales de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

Observa de concurso actionum regulas seqventes. Primum, si concurrente rei persecutoriæ, per exactiōnem, una, su actione alteram consumit. Secundam, si rei persecutoria cum regule mixta, & actum mixtæ prius, cessat altera, aliás adhuc locus mixtæ in id, quod in ea plus. Tertiam, si rei persecutoria cura pœnali, est utriusque locus. Quartam, si plures pœnales ex factis diversis etiam locus est omnibus, si ex eodem facto, non est, nisi in altera adhuc aliquid plus sit, quibus observatis, facilè erit leges sibi apparenter contrarias, uti *L. 53. cum L. 32. ff. De obligat.* *L. 43. §. 1. cum L. 130. ff. De reg. jur.* & alias combinare.

TITULUS X.

De ijs, per qvos agere possumus.

Olim per alios agere non licuit; quia actio vel actus legitimus, vel solennis erat. *L. 2. §. 6. ff. De orig. jur. os agere ut per alium expediri nō posset, excipiebatur casus non licuit.* primus, actio pro populo, pro quo agere debebat Syndicus, secundus, pro libertate, pro qua assertor, quem postea Justinianus sustulit in *L. 1. 2. Cod. De assert. toll.* ex rationibus ibidem assignatis, statuitque, ut is, qui in possessione libertatis esset, vel per se, vel per procuratorem agere posset; sin autem ex servitute ad libertatem proclamare vellet, id per se faciat favore libertatis. tertius, protutela, *b. t. in pr.* cui & quartus fuit additus ex Lege Hostilia, ut furti licet agere eorum nomine, qui hostium vel Republicæ causâ abessent. Hodiæ regulariter licet agere per procuratores, nam & mōrbus & ætas & necessaria peregrinatio, & aliæ multæ causæ hominibus impedimento sunt, quò minus rem suam ipsi exeqvi possint.

bodie licet
per procu-
ratores.

textus

textus hic excipiuntur tamen legis actiones, item causae criminales. L. pen. ff. De publ. judic. in quibus necessaria præsentia & rei, nè judicium sit elusorium, & accusatoris, ut & is, si calumniator sit, puniri possit. Poteſt tamen abſente reo post litem contestatam procurator abſentiæ cauſas allegare. d. L. pen. L. Absens. 71. ff. De procurat. imò & in cauſa principali defendere, ſi crimen rigorosè ſit capitale. L. 33. §. Publicè. ff. De procurat. L. Reos. 3. Cod. De accusat. arg. L. 18. Cod. De transact. & L. Tantum. 6. ff. De appellat. In alijs criminalibus cauſis probabilius eſt procuratorem non admitti ob generalitatem, d. L. pen.

In civilibus igitur cauſis procurator conſtitui poſteſt conſenſu qualicunque expreſſo, quilibet etiam filius familiæ, non tamen ſervus, mulier, potentior, mutus, ſurdus, reus criminum, nec redemptor litium. quoquaque tempore, conſtitutus autem adhuc revocari poſteſt re integrâ. videtur de Mandato.

Procuratori ſimilis eſt *Syndicus*, qui omnes Universitatis cauſas agit.

Actor qui unam agit, vel à non domino conſtituitur.

Delegatus, qui à populo ad Principem. *Commissarius*, qui à Principe ad populum. *Legatus*, qui à Principe ad Principem mittitur negocij publici cauſâ.

Tutores & curatores etiam alieno nomine agere poſſunt. §. 2. b. de quibus in libro primo.

TITULUS XI.

De ſatisfactionibus.

*Q*Vid ſit ſatisfactione lib. 1. tit. 24. traditum. Eſt alia neceſſaria, alia voluntaria, alia judicialis, alia extra judicialis, alia ſimplex, alia juratoria, alia fidejuſſoria, hīc agitur

agitur de judicialibus. prima *judicatum ſolvi*. quā reus cavet *judicatum ſolvi* quid. ſe id, ad quod condemnabitur, ſoluturum, quæ tres habet *ſolvi* quid. clauſulas. primam, de *judicato ſolvendo*. ſecundam, de *re defendantia*. tertiam, de *dolo abfuturo*. ab una tamen persona non niſi ſemel committitur. L. 5. 6. 13. 19. ff. *judicatum ſolvi*.

Secunda *judicio ſisti*, quā conuentus cavet ſe in *judicio ſisti* usque ad finem per manſurum. §. 2. b. & ff. *judic. ſisti* tertia *rem* *rem mā* *baberī*, quā procurator *cavet dominum approbatu* *quid.* rum, hæc in genere, nunc

In principio h. t. dicitur, quodd olim ſive ſuo, ſive alieno nomine, reus conuentus *judicio reali* cavebat *judicatum ſolvi*, datis etiam fidejuſſoribus. Actor autem ſuo nomine agens nihil, alieno autem de rato cavebat, quod idem procedit in tutoribus & curatoribus, ſi non certò de ijs conſtet. L. 13. 23. Cod. De *adminiſtrat. tut.*

Reus autem, ſi conueniretur actione personali, in persona propria non cavebat; quia principalis obligatio hæret in persona. §. 1. b.

Hodie indiſtincte reus personaliter conuentus *judicatum ſolvi* non cavet; ſed tantum *judicio ſisti*. §. 2. b. idque facit vel *nudā reprobatione*, ſi ſufficienter poffitionatus. L. pen. *ſtatuerit.* in pr. ff. Qui *satisdar. cogantur*, vel clericus. L. 25. Cod. De *Epiſcop.* & cleric. vel *jurato*, ſi clarissimus, vel illuſtris. L. pen. Cod. De *dignit.* lib. 12. vel ſi fidejuſſores habere non poſſit, idque etiam juret, & ſuſpectus non ſit. Auth. Generaliter. Cod. De *Epiſcop.* & cleric. Alij per fidejuſſores idoneos & facultatibus, & maximè facilitate conueniendi. L. 2. ff. Qui *satisd. cogantur*, ſi enim talis non ſit datus, de novo caveri debet. L. 8. §. 2. d. t. Si ſit inidoneus facultatibus iteratō cavendum non eſt. L. 3. §. fin. ff. Ut in *poſſeff. legat.* L. 4. ff. De *prætor. ſtipulat.* niſi justè ignorat ſet illum acceptans; cum enim in neceſſaria rurſus cautio (nè

(nè judicium reddatur elusorum) in voluntaria interesse peti potest d. L. 4.

Procurator actoris cavet de rato. §. 3. h. intellige, si dubitatur de mandato, vel id sit præsumptum tantum, ut in L. 2. quando cavaeat de m. Cod. De confortib. ejusdem lit. item in L. 35. ff. *De procurat.* si enim de eo certò constet, principalis vi mandati rati habere cogitur: sin autem etiam constet, quòd nullum habeat, planè non admittitur. Cap. 2. §. 2. *De procurat.*

reus quo- modo cave- at pro pro- curatore. Reus etiam per procuratorem respondere potest, qui propriè defensor dicitur. hic, si pro eo reus præsens caveat, judicatum solvi, & defensoris sui quasi fidejussor existat, admittitur. *juxta s. 4. b.* Quòd si verò reus absens sit, quilibet defensionem ejus suscipiens admittitur, modò præstet cautionem judicatum solvi; tum enim actoris amplius non interest. §. 5. h. quæ omnia melius ex praxi discuntur. §. 6. h. & observabuntur hæcautones non tantum in Regia Urbe, sed etiam in alijs. §. fin. h.

TITULUS XII.

De perpetuis, & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes, & in hæredes transfeant.

actio- nes per- pet- uae vel tem- po- rales que? **H**oc titulo adhuc duæ ponuntur divisiones actionum: primò enim dicitur alia *perpetua*, quales sunt civiles durantes hodie 30. annis, alia *temporalis*, quales sunt prætoriæ pœnales, quæ uno tantum anno durant, textus hic dicitur *pœnales*, nam rei persecutoriæ etiam sunt perpetuæ, v. g. possessoria hæreditatis petitio, si mensor falsum modum dixerit, &c. nisi rescindant actum de jure civili subsistenter.

tem, uti rescissoria, pauliana. item, quæ conceptæ in dolum, quales sunt eæ, de quibus *supræ* §. 12. *De actionib.*

Actio furti manifesti, quamvis præatoria sit, in odium, tam furum etiam est perpetua. Diversa autem, quibus actionibus præscribatur, tempora revide ex lib. 2. tit. *De usu cap.* finiuntur autem, nisi intrà illud litis contestatio facta fuerit, per eam enim actiones etiam pœnales in tutum rediguntur, cum per eam quasi contractus inducatur.

Quòd si quis ab actione semel mota iterum destiterit; quædiu rursus præscriptio currere incipit, ita tamen, ut actio dureat per realis adhuc per 30, personalis per 40, annos duret, per L. fin. *petua.* Cod. *De prescript.* 30. vel 40. ann.

Altera divisio est, quòd aliquæ actiones dentur hæredibus & in hæredes, quales sunt actiones ex contractibus descendentes, per contractus enim non tantum nos; sed & hæredes obligamus, & nobis & illis quærimus.

Actiones alias, quæ dantur quidem hæredibus; sed quæ hæredibus non in hæredes, quales sunt eæ, quæ ex delictis descendunt, non dantur enim hæredibus, nè delicta maneant impunita, & non in hæredes in hæredes, quia delicta suos debent tenere autores, nisi aliquid ad eos pervenerit, vel liticum defuncto contestatio facta, alias enim hæres delinquentis damnum resarcire non tenetur jure civili, secùs tamen jure canonico per Cap. fin. §. 2. *De se- pult.* & Cap. 5. §. 2. *De rapt.* in quibus dicitur, quòd hæredes sint censurâ ecclesiastica compellendi, ut satisfaciant proximis hæreditatis, idque procedit etiam, si imponitens deficerit, arg. Cap. *Tu. nos.* 9. §. 2. *De usur.*

Si in contractu dolus commissus sit, tum hæres ex eo si in contractu conveniri potest indistinctè etiam de jure civili. L. du dolus 152. §. fin. L. 157. *infine De reg. jur.* L. 12. L. 49. ff. *De obligat.* & *act.* commissus, quia spectatur contractus, & hoc ex regula, nam textus ait §. h. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra hæredem non netur.

competit, cum testator dolosè versatus sit, & ad heredem ejus nihil ex dolo pervenit, ubi difficultas, quis sit iste casus? Dic esse actionem depositi in casibus quatuor, quibus inficiando lis crescit, quæ in heredem depositarij in duplum non datur. L. 1. §. 1. L. 18. ff. *Depositii*, vel actionem in factum, quæ convenitur mensor, qui falsum modum dixit. *juxta L. 3. §. 5. ff.* Si mens, falsum modum, dixerit.

*Quæ actio-
nes pec-
hei-
regibus, nec
in heredet-
dentur,*

Sunt & actiones quædam, quæ nec heredibus, nec in heredes dantur, qualis est actio injuriarum, intellige distinctionem, §. fin. *De injur. traditam*. item condicō ex lege revocans donationem ob ingratitudinem. §. 2. *suprà De do-
nat*, actio ob parentes, patronos sine venia in jus vocatos. L. pen. ff. *De ius vocand*. item de calumniatoribus. L. 4. ff. *De calumn.* & generaliter actiones ex delicto criminaliter intentionatæ; hæ enim regulariter exprimant morte rei ante condemnationem. L. *Ex judiciorum*. 20. ff. *De accusat*, quamvis aliae poenales post litem contestatam in heredes transeant, excipiuntur tamen & hic actio de dolo, quæ per biennium finitur, remanente tantum actione in factum per L. fin. *Cod. De dolo*, sic & ingenuitas adjudicata intrâ quinqvennium revocanda, per L. 1. §. *Sed interdum*. 3. ff. Nè de stat. defunctor.

In §. fin. b. t. adjicitur: Quod, si reus pendente judicio actori satisficerit, officio judicis conveniat, ut eum absolvat.

TITULUS XIII. De exceptionibus.

*exceptio
quid.*
Actum de actionibus actoris. Reus cueri se solet per exceptiones. b. in pr. est enim exceptio actionis vel intentionis elisio. L. 1. L. 2. ff. b. t. & si actionem elidat, juris, si intentionem, facti, & impropriæ exceptio, dici-

[tut]

tur, v. g. exceptio solutionis. Exceptiones juris recensentur plures, b. t. & quidem prima exceptio, quod metus causâ, quæ exceptio prætendens id, quod metu promissum est, repellitur §. 1. b. & quod metus causâ L. 4. §. pen. b. t.

Secunda exceptio dolis, quæ, si agatur ex contractu bona fidei, cui dolus causam dedit, & sic contractu nullo, est facti, alias autem est juris, v. g. si dolosè afferenti se esse amicum quid promissum, & hic petat, exceptio dolis promittens cum repellat, quæ exceptio, ex parte opposentis eam, realis est. L. 7. §. 1. ff. *De except.* ex parte autem alterius videtur personalis. L. 2. §. 1. ff. *De dol. mal.* & metus except. quia licet per illam hæres dolo inducentis repelliri possit, non tamen aliis successor singularis, nisi & hic ex lucrativa causa agat. per L. 4. §. Si quis autem d. t. aut si ex causa onerosa, & hic auctoris accessio neutatur, d. L. 4. §. Si autem accessione.

Tertia exceptio in factum, quæ utitur is, qui per errorem aliquid promisit, si ab eo promissum id petatur, ut hæc exceptio juris sit.

Quarta exceptio dicitur non numerata pecunia, cuius non numerus meminit. §. 2. b. & actum de ea lib. 3. tit. *De literar. obligat.* muta pecu-

nia. Quinta recensetur exceptio pacti de non petendo, quæ datur debitori, cum quo creditor pactus est, quod debitum pacti de non petendo, agendo. §. 3. b. muta pecu-

Sexta exceptio juris jurandi, quæ datur ei, qui delato si- juri ju- biab adversario juramento, juravit se non debere, vel rem mndi suam esse, adversus eum, qui juramentum detulit, & denuo agit, ut repellatur; quia continet speciem transactionis, ut amplius nihil queratur, quam hoc an juratum sit. L. 3. L. 5. §. *Dato. L. 9. ff. De jurejur.* ut in foro foris sit tutus, quamvis à parte reirevera debeat.

Septima rei judicata, quæ competit réo per senten- rei judi- ciam, etat.

tiam à re petita absoluto, quæ transiit in rem judicatam, adversus creditorem denuò agentem, ut repellatur ab agendo, debent tamen concurrere tria. primum, ut petatur idem, quoad substantiam. secundum, ex eadem causa petendi, tertium, ab eadem persona. L. 3. 7. 12. 13. 14. ff. De except. rei judicat. Præter has plures exceptionum species reperiuntur in digestis, §. 6. b.

In §. 7. dicitur *exceptio alia civilis*, v. g. SCti. Vellejani, *alia pratoria*, quales autem recensitæ præter rei judicatae.

In §. 8. autem dicitur *alia perpetua & peremptoria*, *alia temporalis & dilatoria*, Perpetuae illæ sunt; quæ semper agentibus obstant, & ipsam causam quasi perimunt. §. 9. b. Haec, quæ ad tempus tantum nocent, & temporis dilationem tribuunt. §. 10. b. quæ vel *declinatorie fori*, uti *exceptio judicis incompetenti*, vel *dilatoria solutionis*. v. g. *exceptio: petis plus tempore*. Qvibus cognitis.

Observa, dilatorias esse opponendas ante litem contestam, L. fin. Cod. b. t. nisi ea postea primò emergat, vel innoscet, vel sit reservata. Cap. 4. §. 4. b. t. vel sit falsi procuratoris. L. 24. Cod. De procurat. vel causam ipsam concernat. Exceptiones autem peremptoriae regulariter post litem contestam. L. 9. Cod. b. t. L. 2. Cod. Sent. resc. non posse, nisi sint litis finitæ. Cap. i. De lit. contest. in 6. quæ etiam ante litem contestam: vel executionem impedian, quæ etiam post sententiam opponi possunt. L. 11. Ad SCti. Macedon. L. 2. Cod. De compensat. Exceptio non numerata pecunia, item de inofficio, testamento considerata cum privilegio, ad temporales, alias autem ad perpetuas exceptiones sunt referendæ. Exceptio verò excommunicationis anomala est, & quovis tempore litis opponi potest. Cap. i. De except. in 6.

In §. fin. etiam *declinatoria fori* exceptio refertur, quæ opponitur procuratori, vel quod talis esse non possit, vel non sit,

alia civilis.
alia pratoria.

Perpetuae.
temporales.
declinato-
ria fori.
dilatoria.
quando be-
fint oppo-
nenda.

sit, vel non habeat mandatum sufficiens, ex eo autem, quod sit infamis, de jure nostro procurator rejici nequit. d. §. fin. licet aliter se habeat in advocate.

TITULUS XIV.

De replicationibus.

R Epliatio est exceptionis elisio. b. in pr. & duplicatio replicatio. elisio replicæ. §. 1. b. Triplicatio elisio duplicitæ. §. 2. b. duplicitæ. triplicitæ. & sic conseqventer quadruplicatio pro varietate negotiorum §. 3. nisi conservatio numerum praescribat. Sunt etiam exceptiones aliae reales, quæ rei & causæ cohærent, quæ etiam haeredibus & fidejussoribus prosunt. L. 7. ff. b. t. aliae personales, quæ soli personæ competunt, non etiam reliquis. d. L. 7. & §. fin. b. quamvis adhuc competant defensori. L. 14. ff. Solut. matrim. quia defensor & rei ipsius, & adhuc vivi vicem sustinet. Possunt tamen & personales competere fidejussori per indirectum, si conventus denunciet principali, ut se defendat; nisi expressè fidejusserit se soluturum, si principalis bonis cesserit, vel restitutus fuerit.

An exceptio moratoriij sit realis, an personalis, variant exceptio DD. probabilitus est, esse realem, tum; quia alijs nec principali prodesset, utpote qui fidejussorem, tanquam posteriorem est realia. creditorem per eam repellere non posset, arg. L. 1. Cod. De fidejussorib. minor. tum; quia fidejussor in mora esse dici non potest. & facit etiam huc arg. ex L. fin. Cod. De usur. rei judicat.

TITULUS XV.

De interdictis.

Seqvi-

*interdicta
unde dicta,
quid, &
quotupli-
cia.*

Sequitur de interdictis, quæ dantur ratione possessionis, vel quasi, dicta vel ab inter, vel interim, vel inter duos, dicendo. §. 1. d. t. sunt enim formæ seu conceptiones verborum, quibus prætor jubet, vel prohibet aliquid fieri principaliter ratione possessionis, vel quasi. h. in pr. Est autem interdictum aliud *edictale*, aliud *decretale*. sunt & quædam interdicta *mixta*, in quibus actor præter possessionem & jus docere debet, uti de aqua ex castello vel rivo publico ducenda, L. 1. §. fin. ff. De aq. quotid. & aestiv. item de itinere reficendo. L. 3. §. Hoc autem. 13. ff. De itiner. actuque privat. sicut & de mortuo inferendo in sepulchrum, quod est in fundo meo. L. 2. §. Quædam, ff. h. t. & de liberis vel libertis exhibendis. d. §. Quædam.

quomodo

differant ab

Differunt ab actionibus, primò. quod actionibus jus, interdictis possessio petatur, secundò. interdicta omnia præ actionibus. toria, item personalia, & controversiam tantum præparent, non etiam actiones, item in formula præscripta, quæ respicit partes, non judicem. ab edictis autem differunt, quod jus publicum ita non respiciant; sed privatas tantum personas concernant. licet alia super divinis, alia super humanis rebus sint proposita.

*interdicta
prohibito-
ria.*

In §. 1. b. dicuntur interdicta habendo respectum ad formulam, alia *prohibitoria*, quæ aliquid principaliter ratione possessionis vel quasi fieri prohibent, quale est, ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit, seu ei, qui sine vitio possidet, id est, non vi, non clam, non precario possidet, de quo integer sit, ff. Nè vis fiat ei, qui in possessionem missus erit. quem prætor tuerit, nè quis eum dolo prohibeat à possessione obtinenda, aut ab obtenta expellat, alias præstet id, ob quod missus erat. L. 1. in pr. Et §. Hec verba. d. t. unde & pœnale est, non nisi anno durat, nec in hæredem datur. d. L. 1. §. Hanc actionem, & §. fin. præter quod & actio in factum rei persecutoria ad id, quod

inter-

interest, datur. L. 3. §. Prætor. d. t. & etiam res militari manu auferri potest. d. L. 3.

Eodem modo prohibet prætor, nè vis fiat inferenti mortuum, quo ei jus inferendi erat. §. 1. b. sicut etiam: Nè quid fiat in loco sacro. d. §. 1. intellige incommodum adferens, propter quod quilibet de populo agere potest. L. 10. Cod. De Episcop. & cler. Item prohibet, nè quid fiat in flumine publico si pâpe ejus, quo pejus navigetur. ibid.

Restitutoria sunt, quibus prætor aliquid restituji jubet, *restitutoria* quale est interdictum, *quorum bonorum*. item, unde vi, de qui bus agemus infra.

Exhibitoria verò; quibus jubet, quid exhiberi, id est, *exhibitoria* fieri copiam videndi & apprehendendi. L. 3. §. 8. ff. De tab. ex. bib. quale est primum, de libero homine exhibendo, quod cui liber datur adversus eum, qui illum dolo detinet. L. 3. ff. L. 1. Cod. De lib. hom. exhib. secundum, de liberto exhibendo competens patrono. tertium, de liberis exhibendis, competens tantum patri habenti in potestate, unde & mixtum est, seu quasi proprietatis causam etiam continet. L. 1. §. 2. ff. De rei vindicat. L. 1. §. 1. ff. De lib. exhib.

Dantur & interdicta, alia causâ possessionis *adipiscenda* contra occupatorem, alia *retinende* contra turbatorem, alia *recuperande* contra expulsorem. §. 2. b.

Adipiscenda possessionis est interdictum, *quorum bonorum* à primis edicti verbis dictum, quod datur ei, cui decreta est bonorum possessio adversus eum, qui illa bona pro hæc non queat redire vel possessore possidet, ut possessionem eorum adipiscatur. L. 1. ff. *Quorum bonorum* utile datur hæredi, si eō agere velit, cum summariam tantum causæ cognitionem desideret, non ordinariam, sicut hæreditatis petitio, in quo etiam hæc duo differunt. Utrique affine adhuc est remedium, quod dicitur possessorum. ex L. fin. Cod. De edict. D. Adr. tell. vi cuius datur possel-

possessio ei, qui producit pro se testamentum non habens vi-
tium sensibile, ut hic alia non requiratur causa cognitio, sit
que hoc remedium promptius interdicto quorum bonorum.

Est & adipiscendae possessionis Salvianum & quasi Sal-
vianum. Illud sicut actio serviana competit locatori prædi-
rustici contra colonum ad possessionem rerum in vectarum &
obligatarum obtainendam.

Hoc autem sicut actio quasi serviana cui libet hypothe-
cario creditori, contra possessorem rerum obligatarum ad
possessionem obtainendam.

Differunt tamen ab his actionibus primo; quod actioni-
bus principaliter jus pignoris, interdictis possessioni petatur,
ad eo, ut si pluribus eadem res pro partibus hypothecata sit,
interdictis locus non sit. Secundo, in actionibus probat actor
rem fuisse in bonis tempore obligationis, in his tantum in-
possessione.

Aliud interdictum adipiscendæ possessionis est, & dici-
tur, quorum vel quod legatorum, quo haeres petit a legatarijs,
qui sibi res legatas appropriarunt, possessionem earum re-
rum adipisci, pro securitate Falcidiæ. L. i. ff. L. i. Cod. Quod
legat. nisi ipse defunctus extradidisset. d. L. i. ff. §. Si quis ex
mortis. s.

qua reti-
nenda.

Interdicta retinendæ possessionis in §. 4. recensentur
duo: ut possidetis, & utrubi: cum enim duo contendant de
dominio rei, prius cognosci debet, quis sit possessor, unde per
hac interdicta hoc resolvitur, ut postea is, qui cecidit, actor
& vix reus sit; possessionis enim commodum est, ut pos-
sessor actore non probante absolvatur. L. 2. Cod. De probat.
sicut & fructus faciat suos, possit usucapere, & in dubio sit po-
tior, neque teneatur cavere, si rem immobilem possideat.

Si igitur ratione possessionis sit controversia in rebus
immobilibus competit interdictum, ut possidetis, in mobili-
bus

bus, utrubi, vincitque is hodie, qui litis contestata tempore
possidet. §. 4. b. quamvis communiter DD. velint, ut is obti-
neat, qui antiquiore possessionem probat, si res omnino
dubia. Cap. Licet causam. x. De probat. junior enim possessio
clandestina presumitur. item is, qui probat simul titulum.
per d. Cap. ut §. noster hic, quando unus sufficienter probat
possessionem suam, de judicio summario intelligendus sit.
Est enim possessorum judicium aliud ordinarium, aliud sum-
marium seu momentaneum, quia sententia in hoc reparabile &
sic momentaneum ad fert tantum detrimentum; quia per
hoc interim fiduciaria aut depositaria possessio tantum ad-
judicatur, salvo manente judicio ordinario, in quo planè &
perfectè possessio probari debet.

Dicitur autem possessio, quasi sedium vel pedum positio.
L. i. ff. De acquir. vel amitt. possess. quæ ut separata à proprietate, vel pro actu ipso possidendi, quæ facti, vel pro jure possi-
dendi, quæ juris dicitur. Illam definit Vallensis, quod sic quotuplex:
detentio rei corporalis sive mobilis, sive immobilis, corporis & ani-
mi & juris administratio. Hanc verò, quod sit jus reale insisten-
di, & incumbendi alicui rei, tanquam sue, non prohibita possideris.
Ita Vallensis. Zoefius verò definit possessionem, quod sit de-
tentio rei animo, affectione que possidendi, sive sibi, aut suo nomine
habendi, quæ si rei corporalis, propria, si incorporalis, impre-
pria dicitur, item alia justa, alia injusta, sive ratione tituli, sive
ratione rei, item alia naturalis, quæ est detentio rei animo af-
fectione que possidendi, citra tamen animum dominij, ut
creditor habet in pignore, &c. alia naturalis & civilis, quæ est
detentio, & insistentia rei, quæ constat jure & animo domi-
nij, ut bona fidei possessor. Possessio civilis tantum probabili-
bus non datur, tū; quia possessores duo ejusdem rei non dan-
tut, tum; quia abiens aliò retinet possessionem. L. 3. §. Ex-
cep-

*beo quomo
do acqui-
matur, reti-
neatur &
amittatur.*

contrario. *ff. De acquir. vel amitt. possess. procul dubio illam,*
quam habuit, ergo & naturalem.

Acqviritur possessio & animo & corpore. L. 3. L. 8. *ff.*
De acquir. possess. Retinetur solo etiam animo. L. 4. Cod. cod.
amittitur etiam & corpore & animo. d. L. 8. Non obstat L. 3.
§. 6. Neque L. 44. §. pen. d. t. quia prior de eo, qui possessione
amissâ, ut inquiline insit & detinet, posterior de eo, qui
prius corpore desit possidere, loquitur.

Probatur possessio per insistentiam, culturam, fructuum perceptionem, censûs solutionem, & etiam per instrumenta & testes.

Judicium petitorum cum possessorio cumulari potest adipiscendæ possessionis, v. g. hæreditatis petitio cum interdicto qvorum bonorum. item, cum interdicto recuperandæ v. g. Rei vindicatio cum interdicto unde vi. *Cap. s. ¶ De caus. poss. & propr.* Probabiliter idem obtinet, in interdicto retinendæ possessionis; quia, si dicam & velim probare me esse & possesse & dominum rei, adeoque turbari non debere, nulla est contradic̄tio. Quod judicio petitorio inchoato recursus detur ad possessorium, minus dubium est in sententia eorum, qui mutationem libelli admittunt. Si cumulatio facta sit, & judici expedire videatur, prius decidi de possessorio, poterit petitorum suspendere. *Cap. Ex conquestione. 10. ¶ De restit. spoliat.*

*judicium
petitorum
cumulari
potest cum
possessorio.*

Quia subinde contingit, ut quis vi atroci de possessione rei immobilis dejiciatur, ideo prætor dedit ei interdictum unde vi, quo de possessione dejectus, hæresve ejus agit contra vi, quibus & contra quos detur. Qui sive per se, sive per alium dejicit, ut spoliatus ante annum, qui à die dejectionis currere incipit, post annum verò ad ea, quæ ad spoliatorem devenerunt. L. 1. in pr. §. 34. & in fine. *ff. De vi & vi armat.* dicitur simpliciter de possessione dejec-

dejectus; quia sufficit, quod possederit etiam naturaliter tantum. *d. L. 1. §. De ieiur. 9.* etiam per alium tantum. *d. L. 1.*
§. Qvod servus. 22. etiam injuste, tametsi eum dominus dejecset. *d. L. 1. §. Qui à me. 30.* *L. 12. cod.*

Dicitur rei immobilit̄, quia in re mobili competit actio vibonorum raptorum. Utile tamen datur, si quis de quasi possessione rei incorporalis dejiciatur. Contra ratihabentem datur, si ejus nomine dejectio facta sit *d. L. 1. §. 14.* Contra clam ingressum de rigore non datur, nisi volentem ingredi repellat. *L. 6. §. fin. De acquir. possess.* Jus tamen Codicis etiam hoc interdictum contra eum dedit. *L. fin. Cod. Unde vi.* Qyamvis non det jus civile contra tertium possesse, etiam malæ fidei, cùm L. 7. *ff. De vi & vi armat.* indistinctè loqvatur, & interdictum hoc in odium spolianis sit introductum, jus tamen canonicum voluit etiam hoc, vel simile remedium contra tertium malæ fidei possesse competere. *ex Cap. Se- p. 18. ¶ De restit. spoliat.* imò secundum qvofdam datur etiam contra tertium bona fidei possesse remedium. *ex Cap. Re- dinte granda. III. q. 1.* propter generalitatem textūs.

Datur autem interdictum unde vi, ut spoliatus ante omnia restituatur, etiam contra dominum, qui spolianem ex intervallo rursus dejecit, nisi & dominum esse dejiciendum, & dejectum esse prædonem sit notorium. *arg. L. 31. ff. Deposit.* Si prædo sit notorius, non etiam alter dominus, adhuc datur. *per Cap. 1. & fin. ¶ De restit. spoliat.*

Opponens exceptionem: prius factam vim per modum reconventionis, jure civili non auditur; sic tamen jure canonico. *Cap. fin. ¶ De ordin. cognit.*

Qui igitur hoc interdictum intentat, non nisi duo, primum, se in possessione fuisse, secundum, dejectum esse per vim ab eo, contra quem agit, spectato civili jure probat. affinia huic agens hoc interdicto duo probat.

Affinia remedia sunt, primum *ex L. Si quis in tantam. interdicto.* *Cod.*

Cod. Unde vi. secundum, Lex Julia, sive de vi publica, sive de privata. §. 6. hic.

*interdicta
alia sim-
plicia.
alia du-
plicia.*

*ritus pro-
cedendi.*

*remedia
contra te-
mere litig-
gantes.
primum
juramentū
calumnia.*

In §. 7. dicitur, quod alia interdicta sint *simplicia*, in quibus alter tantum est actor, alter tantum reus. alia *duplicia*, in quibus uterque & actoris & rei partes sustinet, qualia sunt: *uti possidetis*, & *ut rubi*, ubi tamen non habetur proactor, qui provocat, sicut in actionibus duplicibus, juxta Vul- tej. ne sibi quis in possessione præjudicet.

Sicut autem olim in actionibus intentandis certa præscribatur a prætore formula, ita idem erat in interdictis, verum, quia hoc postea in desuetudinem abiit, idcirco hodie immediate actio in factum ex interdicto competenti potest intentari, *§. fin. h. t.*

TITULUS XVI.

De poena temere litigantium.

IEmere seu sine causa justa litigantes reprimere co- nantur jura, tum jurisjurandi religione, tum poenâ pecuniariâ, tum etiam infamia notâ. *hic in pr.*

Inde volunt, ut litigare volentibus mox à, vel etiam ante litem contestatam deferatur juramentum calumnia, quo uterque jurent, quod credant se justam litigandi causam habere. *§. 1. L. 2. Cod. De jurejur. propter calumn. Cap. 1. Deju- ram. calumn. in 6. omissum in principio qvâlibet litis parte exigi potest. d. Cap. 1. in 6. potest autem id etiam per procuratorem habentem speciale mandatum præstari in animam principalis, nisi judici aliud videatur. Cap. 3. Cap. fin. &c. d. t. Tutores tamen & hujusmodi administratores in animas suas jurant. Cap. 4. 6. &c. Auth. Principales. Cod. d. t. continet, quod credant se justè litigare, quod non exigent probatio-*

nes calumniosas, neque corruptent, aut corruperint judi- cem. unde versus:

Illud juretur, quod lis sibi justa videtur,

Et si queretur, verum non inficietur,

Nil promittetur, nec falsa probatio detur,

Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Præstatur autem hoc juramentum semel tantum, præstatur quod si subfit periculum, malitiajuramentum exigi potest. *semel* in causis criminalibus criminaliter intentatis ob periculum, perjurij non exigitur.

Si actor hoc juramentum præstare nolit, causâ cadet: reus ut confessus condemnabitur. *Cap. fin. &c. Dejuram. ca- lumn. L. 2. §. Qvôd si actor. Cod. De jurej. propter calumn. & quia favorem publicum respicit, jure civili non. L. 2. §. Sed quia vê- sumur. Cod. eod. canonico tacite tantum remitti potest. per Cap. i. d. t. in 6. Hæc de juramento.*

Secundus temere litigantes coercendi modus est poena pecuniaria, olim decima litis pars, hodie ut expensæ & cunaria, damna refundantur. *textus hic. imò vetus poena videtur re- ducta. in Novell. 112. Cap. 2. quandoque etiam in duplum da- tur. usuprâ De actionib. §. 26. visum est.*

Irrogatur etiam quandoque temere litigantibus *infamia, 3. pena in- fia, condemnatis reis, scilicet in judicijs publicis, item furci, famia, rapinæ, injuriarum & de dolo, item ex contractibus depositi, mandati, pro socio, & tutelæ, directâ actione condemnatis. §. 1. b. t. quia in his principaliter de fide ruptâ agitur. secùs si contraria, in qua de errore calculi tantum agitur. d. §. 1. & L. 4. ff. De his, qui not. infam. hinc cùm actio pro socio utrinque directa sit, utrinque etiam infamat. modò adsit primò dolus condemnati, vel lata culpa. L. 6. §. pen. ff. De his, qui not. infam. secundò, sententia, quæ transivit in rem judicatam. tertio, lata in præsentem nomine suo, quartò, fiat mentio doli, vol culpæ*

*condemna-
tus ex com-
modato
non fit in-
famis.*

culpæ latæ. d. L. 6. §. 2. aliàs est præsumptio tantùm de culpa levi vel levissima. L. 4. §. 1. 2. ff. *De suspic. tut.* Condemnatus actione commodati non fit infamis, tum; quia non est textus, tum; quia commodatum regulariter commodatarij gratiam magis respicit, non commodantis, sicut depositum, v. g. deponentis. &c.

Qvamvis autem in quatuor contractibus, ita, ut dictum, condemnati fiant infames, evadunt tamen transigentes infamiam, *textus hic & L. 7. ff. De his, qui not. infam.* scèus est indulictis, ubi fit transigens infamis; quia transigendo videtur fateri crimen. L. 5. d. 2. cùm videatur id, quod dedit, ex conscientia criminis dedisse. hinc aliud est, si per pactum gratuitum id fiat, est tamen etiam transactio admissa, si crimentiale, cui proposita pœna ultimi supplicij. L. *Transigere. 18. Cod. De transact.* in hoc enim videtur potius metu periculi, quam ex conscientia criminis dedisse, cùm Lex habeat quamcumque viam honestam redimendi sui sanguinis. L. 1. ff. *De his, qui ante sent. sibi mort. consivere.* Excipitur tamen crimen adulterij. d. L. 18.

In §. fin. refert Imperator, quòd principium processus oriatur ex edicto de in jus vocando.

*in jus voca-
tio seu cit-
atio quid, &
quotuplex.*

Est autem in jus vocatio actus judicij præparatorius, quo quis mandato judicis juris sui experiundi causâ ad judicium vel tribunal judicis vocatur, sinè qua, sententia etiam pro non citato lata, est nulla. L. 4. Cod. *De sent.* & *interlocut.* est alia *realis*, dum persona, vel res in permisis casibus apprehenduntur, alia *verbalis*, quando reus vivâ voce vel literis privatim, vel etiam publicè per edictum vocatur, quæ etiam *edi-*
catis dicitur.

Item alia est *simplex*, quæ contumacem non facit, nisi tertio proposita cum legitimo intervallo, alia *peremptoria*, quæ locò trium proponitur, ut mox non comparentem con-

tumacem faciat, dummodo fiat ad instantiam partis, prævio judicis mandato, contineatque nomen judicis, nisi notus; nomen citati. si edictalis, causam in genere, locum judicij, & terminum. Parentes autem & patroni sine venia vocari non possunt, sub pœna 50. solidorum, ut tit. 6. §. 12. *De actionib.* est traditum,

TITULUS XVII.

De officio judicis.

Actum de auctore & reo, seqvitur de judice, ejusque officio. Quis dicatur judex, & quotuplex, item quotuplex officium, traditum est *De actionibus ad prin.* & §. 1. Consistit officium in cognoscendo, decidendo & execu-
tando, ubi in omnibus observare debet, nè aliter judicet, quam legibus, constitutionibus, aut moribus proditum sit. b. in *prin.* animadvertisque ante omnia primò ad proces-
sum, num sit ordinarius, num summarius. secundò, ad fa-
ctum, an verum, quo merito afficiendum, & quomodo pro-
nunciandum, & quidem, si casus in jure decisus, secundum
jus decidere & ipse debet. *Can. In istis. Dist. 4. Can. Summopere.*
70. XI. q. 3. nisi judex ipse legislator sit, vel sint circumstantiae
aggravantes vel relevantes factum, eatenus enim judex pœ-
nam augere & minuere poterit. *Clem. 1. in fin. De offic. jud. or-
dinari.* debet autem non tam verba legis attendere, quam po-
tius mentem, juxta L. *Scire. 17. ff. & L. Non dubium. 5. Cod. De*
LL. Eodemque modo æquitatem rigori juris præferre, per
L. Placuit. 8. Cod. De judic. Est autem æquitas laxamentum, *equitas*
legis, in aliqua circumstantia eam corrigens. exemplum ha-
bitur in L. *Bona fides. 31. ff. Deposit.* quod procedit, si hanc esse
mentem legislatoris pateat, aliàs enim, si lex clarè exprimat,
licet dura sit, est servanda, ut in L. *Prospexit. ff. Qui & quib.*

manumiss. aut si res valde ambigua, ad legislatorem recurrendum. L. fin. Cod. De LL.

si utrinque sententia probabilis. Quod si judici utraque sententia videatur probabilis, una tamen probabilius, hanc seqvi tenetur; quia potiora merita causæ habet, licet aliter se habeat in advocate, qui solummodo causæ merita allegat, & licet sibi videatur ea, quam defendit, minus probabilis, conari tamen potest eam ita deducere, ut judici videatur probabilius, sique pro suo cliente sententiam ferat. Et licet multi doceant, quod seqvi liceat sententiam etiam eam, quæ probabilis est, licet sibi videatur altera probabilius, procedit id tamen tantum, si dubium sit speculativum, non etiam si practicum, ut in judice, neque etiam, si ea merè speculativè tantum, tanquam probabilius defendatur. Sic nec licet medico uti medicinis, nisi maximè ad sanitatem idoneis, nisi necessitas sit, ubi duntaxat adhibere licet medicamentum, non carens quidem periculo accelerandæ mortis, modò sit junctum cum probabili spe consequendæ salutis.

si causa utrinque probabilis. Quod si causa utraque videatur æqvè probabilius? Quidam admittunt, quod judex tunc gratificari possit, cui velit, alij volunt sorte rem decidendam, alij rem indecisam esse relinquentam; communius receptum est, ut judex rem inter partes vel dividat. arg. §. fin. De vulg. substit. L. 40. 41. ff. De hered. instit. vel partes ipsas ad transactionem compellat, licet etiam hoc regulariter facere non possit, si tamen lis valde intricata sit, id facere potest, à DD. receptum est.

Ad questionem: an judex secundum allegata & probata, an secundum scientiam certam, seu privatam judicare debet?

